OPERELE

PRINCIPELUI

DEMETRIU CANTEMIRU

PUBLICATE DE ACADEMIA ROMANA.

TOMU VII.

VITA CONSTANTINI CANTEMYRII

COGNOMENTO SENIS MOLDAVIAE PRINCIPIS.

COLLECTANEA ORIENTALIA.

PUBLICATE DUPĂ MANUSCRISELE DIN BIBLIOTECA MUSEULUĬ ASIATICŬ DIN St. PETERSBURG.

BUCUREScĬ

TIPOGRAFIA ACADEMIEĬ ROMÂNE (LABORATORĬ ROMÂNĬ)

No. 26. — Strada Academieĭ. — No. 26

1883.

www.dacoromanica.ro

PREFAȚĂ

—

Scrierile luĭ Dimitrie Cantemirŭ, cuprinse în acestŭ volumŭ, se publică acuma pentru întâia óră. La 1877 Societatea Academică română a căpĕtatŭ, prin mijlocirea legaţiuniĭ imperiale ruse din Bucurescĭ, o listă a manuscriselorŭ Cantemiriane din Museulŭ asiaticŭ din St. Petersburg. (1) In colecţiunile acestuĭ museŭ se află între altele şi manuscrisele scrierilorŭ Cantemiriane carĭ se publică acum.

1. Biografia luĭ Constantinŭ Cantemirŭ Vodă celŭ bâtrênŭ (1685-1691) scrisă de fiulŭ sĕŭ Dimitrie în limba latină.

Nicĭ o scire nu avemŭ despre loculŭ şi anulŭ scrieriĭ acesteĭ lucrărĭ. De asemenea nicĭ se scie dacă maĭ există şi unde se află manuscrisulŭ autografŭ.

Manuscrisulŭ după care s'a făcutŭ acéstă publicare este numaĭ o copie, făcută însă de pe originalŭ, ceea ce se spune în întâia pagină a manuscrisuluĭ «ex authographo auctoris.» Copia acésta a fostŭ colaţionată cu originalulŭ de Bayer, ilustru membru alŭ Academieĭ ruse, ale căruĭ numeróse corecţiunĭ se vĕdŭ între liniĭ şi pe marginile textuluĭ.

Aceste note ne arată că adese-orĭ era greŭ de cetitŭ autografulŭ luĭ Cantemirŭ şi nicĭ Bayer nu sciea cum să îndrepteze. Aşa sunt notele de la pag. 55, 56, 58, 61, 79 şi altele.

Aŭ rĕmasŭ totuşĭ cuvinte rĕŭ cetite în originalŭ şi rĕŭ copiate, maĭ cu sémă nume propriĭ de localităţĭ şi per-

(1) *Analele Societăţiĭ Academice române*, t. X, Secţ 1. pag 15—18.

www.dacoromanica.ro

sóne. Nu este însă nici o-dată greŭ de vĕ̦dutŭ ce a fostŭ în orĭginalŭ și prin urmare cum trebue îndreptatŭ.

Manuscrisulŭ acesteĭ copiĭ a fostŭ adusŭ împreună cu altele la Academie și tipărirea de față s'a făcutŭ tótă până când manuscrisulŭ se afla încă aci.

Acéstă scriere a luĭ Cantemirŭ este o parte din memoriile sale. Făcêndŭ biografia tatăluĭ sĕŭ, elŭ povestesce cu deaměruntulŭ fapte și întîmplărĭ petrecute sub ochiĭ luĭ și la unele din carĭ a luatŭ și elŭ parte. Povestirile luĭ sunt adese orĭ multŭ maĭ complete, multŭ maĭ aměnunțite chiar și ca ale luĭ Neculcea.

Cu datele cuprinse în acéstă scriere a compusŭ Bayer în latinesce și rusesce o biografie a luĭ Constantinŭ Cantemirŭ Vodă, care s'a publicatŭ în Moscva la 1783 sub titlulŭ : Исторія о жизни и дѣлахъ Молдавскаго Господаря Князя Константина Кантемира, сочиненная С. Петербургской Академіи наукъ покойнымъ профессоромъ Бееромъ съ россійкимъ переводомъ, и съ приложеніемъ родословія Князей Кантемировъ. — Въ Москвѣ, въ Университетской Типографіи, у Н. Новикова 1783 года, (in-8°, XXXII și 407 pagine).

2. A dóua scriere Cantemiriană coprinsă în volumulŭ de față, sub titlulŭ «*Collectanea orientalia*», este o scurtă dar preț̦iósă autobiografie. Coprinde în sine și maĭ multe note luate de Cantemirŭ în călătoriile sale în Asia.

Manuscrisulŭ acesteĭ scrierĭ se află de asemenea în biblioteca Museuluĭ asiaticŭ din St. Petersburg, de unde a fostŭ copiatŭ în 1878 de d-lŭ Gr. G. Tocilescu (1) și după acéstă copie s'a făcutŭ ediț̦iunea de față.

(1) *Analele Societăț̦ii Academice române*, T. XI, Secț. I, p. 61.

www.dacoromanica.ro

VITA

CONSTANTINI CANTEMYRII

COGNOMENTO SENIS, MOLDAVIÆ PRINCIPIS

AUCTORE

DEMETRIO CANTEMIRO

PRINCIPE MOLDAVO,

EX AUTHOGRAPHO AUCTORIS

www.dacoromanica.ro

Constantinus Cantemyr natus est, anno 1612 a mundi salute, mense Novembri 8-va, Theodoro Cantemyr, et Maria parentibus, in paterno pago Silistenii dicto, in districtu Falcziensi, super fluvium Ilan sito. Fuit autem parens ejus Theodorus ex veteri Cantemyriorum prosapia oriundus, filius Nestoris, nepos Basilii, pronepos Ibanis ex prædecessoribus Gregorio et Theodoro Cantemyr novo cognomine Silistanul, qui primus ex Cantemyriorum Crimensium, ad Christi vexillum sub Principe Stephano cognomento Magno, anno mundi 6951, se convertit. Parens Constantini principis Theodorus Cantemyr duos habuit filios, Constantinum, et Nestorium, Nestorium ex altera uxore (mater enim Constantini post sex menses partus Constantini, est mortua) et filiam unam Constantini natu majorem; quæ virginitatem Christo vovens schema monachicum accepit et Macrina fuit appellata. Mortua est hæc senectute confecta anno Domini 1677 et in monasterio paterno Urlaczii dicto, a Constantino et Nestorio fratre honorifice est sepulta in majorum suorum cœmeterio. Nestorius ex altera matre Constantini frater, quinque annis natu minor, a Demetrio Cantacuzeno Moldaviæ Principe ob fratris Constantini in Valachiam fugam, integrum annum in carceribus vinctus, ex diutina incarceratione tabem contrahens ætatis anno 48, est mortuus, et in Ecclesia pagi Czacariorum est sepultus anno Domini 1627. Ingruentibus Crimensibus et Budzikiensibus Tartaris, commissum sibi Codri gubernium strenue defendens, a Scythis graviter fuit vulneratus, ex quo vulnere paucis post diebus est mortuus. Constantinus Princeps cum esset annorum quindecim, post patris obitum, possessionumque suarum extremam depopulationem, relicta patria, in Poloniam ad Regem Cazimirum se contulit. Sub hoc tempus continuum inter Polonos Suecosque erat bellum, et assiduis conflictationibus, in quibus Constantinus licet adhuc juvenis sed non spernenda Polonis virtutis, et strenuitatis ostendit specimina. Quo factum est ut maximam

www.dacoromanica.ro

apud Regem, et supremum ducem, Sobieskium inveniret, nec multo post chiliarcha tum levis armaturæ militiæ (quæ ex Moldavis constabat) munus obtinuit. In hoc officio Regi Poloniæ per integros septendecem annos fideliter, et claro nomine servivit. Quondam cum Poloni castra haberent prope urbem Torunam, et de hostium intentione usque nunc nullam possent habere notitiam. Dux Moldavis militibus jubet, ut selecta militum manu, suburbium infestent, si forte possent aliquem capere, ex quo res hostium explorare possint. Seliguntur Moldavi 60, inter quos fuit et Constantinus Cantemyr, tunc vexillifer. Qui cum ad urben propinquassent, custodes de ipsorum adventu Commendati notitiam dant, Commendans statim duo regimina equestris ordinis adversus Moldavos ex urbe mittit. Moldavi fugam simulant, Sueci superbe persequuntur, duo Suecorum officiales equos velocissimos habentes, fugientes Moldavos insequuntur, Constantinus Cantemyr cum videret Suecos a suis longe processisse, equum vertit, et unus duobus insistit, illi sclopetis explosis intentu frustantur, Constantinus stricto gladio unum decapitat, alterum in fugam vertit, persequitur, et captum da suos adducit. Officialis Suecus ad Ducem adductus, Dux supra modum lætatur, non solum quia linguam optimam cœperint, sed etiam quia vivus Suecus nondum in Polonorum manus venerat. Deinde Duce, a quo Moldavo fuerit Suecus Capitaneus, (quia ordin capitaneu fuerat) captus, relatus est, a Constantino Cantemyrio, tunc dux Constantinum officio chiliarchæ honorat. Altera vice in acie quasi ad monomachiam ab oficiali quodam Sueco, provocatus astantibus regiminibus, Suecum de equo projicit et captum ad Ducem ducit, officialis ille fuit ex familia Piperorum, qui postquam fuit ad Ducem adductus, die secunda ad verbum liber est demissus, cum ipse vellet valedicere Duci, inter cœtera rogat, ne apud suos divulgaret, quod tali casu captus fuerit, præterea se maxime dolere, quod cum ipse esset veteranus miles, et tot prœeliis clarus, captus fuerit a Scyta quodam ignobili homine, (nesciebant Sueci in castris Polonorum esse Moldavos, illos Tartaros Lipianienses putantes) Ducem illi respondisse, «minime, putes» inquit, «te a homine ignobili et ignoto «captum, sed a strenuissimo, et multis bellicis facinoribus claro, regi«minis Moldavorum Chiliarcha. Jubetque adesse Cantemyrium. Dum autem illum Suecus gratias agit Deo et fortunæ suæ, quod a tali viro fuerit captus, cujus captivum esse, inter milites non esset inhonestum Sunt et alia quam plurima Cantemyrii in his Polonicis Suecicisque pugnis præclara et heroica acta, per 17, ut diximus annos continue

www.dacoromanica.ro

renovata, et laudata, quæ brevitatis causa omittimus. Pacatis tandem inter Polonos Suecosque rebus, solitisque gregariis militibus, Constantinus quoque a Rege et Duce in patriam redeundi facultatem obtinuit, acceptisque a Rege passualibus, et recomendatoriis suæ fidelitatis, et virtutum exprimentibus literis, anno 1644 in patriam revertitur, sed cum videt patriam adhuc a Tartaricis Turcicisque tyrannidibus inquietam, ad Valachiæ Principem Gregorium Gicam transit. Cum prevenisset Bucurestium, contigit ut principem extra urbem in venatu recreantem inveniret. Sed antequam in principis præsentiam veniret, aut quis et unde esset, illi referet, inter cœteros venantes miscentur, casu autem lepus excitatus, et ante principem fugiens, cum nullus adesset persequeus canis, Constantinus Cantemyr fugientem leporem sagitta coram ipso principe ferit occiditque, Principe quis ille tam bonus esset sagittarius interrogante, referunt, hominem esse peregrinum Moldavum, cœterum nomine et fama in Polonia celeberrimum. Hoc a Principe audito, jubet illum ad se vocari, de adventu et statu ejus humaniter interrogat, Constantinus de rebus suis quædam breviter Principi exponit, adjicitque se a milita Regis Poloniæ dimissum, audivisse suam celsitudinem officialis militesque congregare, ideoque si placebit ad servitium venisse. Statim a Principe honorifice excipitur, et hospitium, aliaque ad victum necessaria ordinanda magno suo Spathario, (qui Deux est apud Valachos) jubet. Tertia die a Principe in Palatium vocatur, et in officio Czauss Spataresk, (quod est apud illos quasi vice gerens Ducis) recipitur. Fuit in hoc officio usque ad annum..... in expeditione ad Stabam, ubi Gregorius Princeps a Turcis deficiens Cæsarianis arma junxerat, munus suum egregie exercuit, et in prima acie fortiter persistens, a Turca ictus est sagitta a dextro latere umbilici, quo vulnere locum minime deseruit, sed per tres horas, fracta in ipso ventre sagitta, prestitit tandem ad castra receptus a chirurgo extracta sagitta magno cum vitæ periculo, et diurna debilitate internorum viscerum, tamen convaluit. Princeps Gregorius cum in sua intentione haberet a Turcis deficere et ad Germanes adhærere, volebat explorare, quot millia Tartatorum illa expeditione esset castra Turcarum secutura; cum autem certam non poterat accipere ex aliorum relatione notitiam, Constantinum consulit, an possibile esset, ex ipso Budziak aliquem Tartarorum capere, a quo res melius explorare possint. Cantemyr cum esset linguæ Tartaricæ peritissimus, principi pollicet, se illi Tartarum ex medio Budziak capturum, negat Princeps illum ad tale periculum et rem quasi impossibilem destinari, permittit tandem hoc experimentum

www.dacoromanica.ro

Princeps. Cantemyr acceptis secum duobus servis, nemine alio præter Principem sciente, usque ad confinia venit Moldaviæ, ibi servis quoque manere, et post quartam diem reditum illius ad euntem locum expectare jubet. Inde noctu in Moldaviam Siret fluvium transfretans, usque sol elucescat ad paternam domum ad Pagum Silesteni pervenit. Ubi invenit sororem Macrinam et fratrem Nestorium, sed illi vix cognoscunt, et vix ab illis cognoscitur. Fratres dum vident tam insperatum hospitem, (illius iter quorsus tenderet inscientes) maximo cum gaudio, quæ ad convivium spectant paranda accinguntur. Sed Constantinus illis prohibet, ne cuiquam in pago de adventu illius aperiant, et convivium ad alteram diem differant, se enim habere aliud negotium illo die videre. Labuit itaque tota illa die in domo sua nemini nisi fratribus cognitus; post solis occasum ascenso equo Prut fluvium natando transit, et inde citato cursu Budziak regionem intrat, et recta ad Pagum unius Mirzæ tendit, ubi ad Pagum ante mediam noctem pervenit, fingit se ex Crimea a Chano missum, et mirzæ se habere ex Chani mandato referre; exit ex tugurio suo mirza, et Cantemirium quid mandatum esset interrogat, ille «cinge» inquit «gladium, et sume arma et equum quem habueris me«liorem ascende, et sequere me, usque ad ulteriorem pagum, ubi cum «Begmirze convenientes quæ ad vos spectant, mandata dabo». Tartarus nihil contrarii suspicatus, equum ascendit, et solus (sic enim illi Cantemyr jusserat) cum Cantemyrio versus pagum Begmirze (fuit hic quoque ex Cantemyriorum familia, budziak ensium myrzarum amplissima familia;) tendunt. Dum extra pagum ad mille passus exeunt, Constantinus improvise Tartarum cum clava ita ferit ut debilitetur quidem, sed non moriatur. Post de equo detrusum stricte ligat, et super suum equum ascendere facit; inde veloci cursu ante diluculum, ad Pagum suum Silisteni pervenit, et ligatum Tartarum in anteriori conclavi concludit. Fratribus jubet, ut clausis portis nemini ingressum in domum dent, dicantque per fumulos, se domi non esse. Rem extraneam mirantur, et metuunt fratres, sed ad jussa Constantini omnia faciunt. Veniente nocte fratribus valedicit, et accepto secum ligato mirza usque ad mane Siret fluvium remeat, ubi inventis suis famulis ligatum Tartarum post se ducendum tradit, itaque mirabili modo quod principi pollicitus fuerat executus est.

Anno 1646, ætatis 34, a Principe coactus primam ducit uxorem Anastasiam nepotem ex Patruele ipsius principis, quæ quadragesimo conjugii die pestilenti morbo extinguitur. Princeps Gregorius post Rabense prœlium, ad Germanos deficiens acceptis magnis quos

www.dacoromanica.ro

possidebat thesauris, cum per Moldaviam in Poloniam et inde Viennam vellet petere, octo equos aurea moneta onustos cuidam veteri et fideli suo Capitaneo vehendos commiserat, qui ex fideli in perfidum mutatus, prope urbem Soczaviam, de mane transeuntes, nebula densissima super illos cadit. Capitaneus primum dominum per nebulam perdit, deinde malo genio et avaritia ductus, deserit, et cum suis quindecim militibus pecuniam deprædandam, et in Moldavia ignoti remanere consilium ineunt. Sublata circa prandium nebula Princeps Gregorius cognoscit, suum fidelem Capitaneum cum octo illis equis thesauro onustis deesse, illum, ut res erat, per nebuam aberrasse putat, et Constantinum Cantemyrium ad exquirendum capitaneum per sylvas camposque illo parum gradum sistente, mittit. Circa meridiem non longe ab urbe Soczava præfatum Capitaneum in nemore cum suis latentem invenit, quid starent interrogat, principem illum exquirere et in tali loco exspectare dicit. Capitaneus primum dicit se per nebulam dominum perdidisse, postea perfidiæ verba commiscens, et suis Constantinum capiendum et ligandum jubet. Constantinus a tam fideli principis servo nihil tale prius suspicatus, equum cuidam ex militibus tenendum dederat. Cum autem vidisset perfidi illius intentionem, ad evitandum mortis periculum, fingit se illorum societatem libentissime amplexurum, et simul cum illis, quorsus sors tulerit iturum. Credit ille nefarius, et jure jurando societatem confirmant. Jurat quoque Cantemyr, non tamen perfido sed justo corde. De dividenda pecunia Capitaneus proponit, differt Cantemyr, ut prius longius inde procedant, ne a missis a principe invenirentur, capianturque, (sciebat enim Cantemyr, Principem non plus quam unam alteramve horam posse illos expectare, metuebat enim, ne persequeretur ab insenquentibus Valachis) ita illi equos ascendunt. Postquam parumper versus urbem progressi sunt, Cantemyr cum esset e manu sortis, et equum haberet multo illorum velociorem, Capitaneo inquit: «perfide Dominum deseruisti, et pecuniam il-«lius ut pessimus latro, et alter Iuda concupisti, manebit te Dei «vindicta, neque manus meas evades, quousque Dominus cognoscat, «me non tuum socium (putas enim omnino ille nunc me tuam societatem «suscepisse) sed osorem fuisse. Igitur nefande ego jam scio Dominum «nostrum plus nos expectare non potuisse, sed diris nobis apprecationibus datis iter suum suscepisse, neque enim tutum erit illi, an-«tequam Prut et Tyratem fluvios in Poloniam transiverit. Quando qui-«dem tale nefandum facinus cogitasti et perfecisti, volo ut me usque «ad urbem Soczavam, quæ jam ob oculos apparet, sequaris, ibique

www.dacoromanica.ro

«Commendanti Principis pecuniam, ut post ad Principem pertinentem, «illæsam intactamque tradere, et me hoc crimine coram hominibus «Deoque purgare; quod si negaveris facere, scito, te non posse ma- «num meam vivum evadere, et morieris tu et socii tui a Moldaviæ «Principe suspensi». His auditis pertimuit nequissimus latro, et volens nolens Cantemyrium usque ad urbem sequitur. Postquam intrant urbem ad commendantem (moldavice Pircalab dictum) Cantemyr rem illi exponit, fatentur latrones perfidi, catenis vincuntur, et una cum Cantemyrio ad Dabizem Principem Iassios mittuntur. Dabiza acceptis thesauris, in quolibet bisacco, sena millia aureorum invenit, latrones ad fodinas damnat, Cantemyrium maximi honoris et ob fidelitatem in Dominum suum laudit (*sic*) habet, satis amplis muneribus donat, et postulat, ut vellet in servitiis illius manere; pollicetque quidem Cantemir grato animo in servitiis tanti Principis manere hac tamen conditione, quousque audiverit, ubi terrarum Dominus suus pedem fixerit, quo audito, se debere ad Dominum suum ire, et de concepta suspicatione se purgare. Ita Cantemyr apud Dabizam Principem manet, paucis autem post diebus, audit Principem Gregorium in Poloniam evasisse, et Leopoli sex tantum diebus quieti indulsisse, et inde versus Varsaviam, et inde in Germaniam iter suscipisse. Itaque cum intelligeret, difficillimum esse per tot regna et imperia Dominum suum invenire, quiescit quosque Dei providentia faciliorem patefaceret viam. A principe Dabiza primum præfectura Codri ornatur, ubi et majores suos semper præfecturam tenuisse, et possessiones paternas habere sciebat. Princeps Gregorius dum per duas horas Cantemyrum in loco, ubi steterat, expectasset, et neque Cantemyrium, neque fidelem suum Capitaneum amplius apparere non videt, «fidem» inquit «fregerunt nequissimi, quos omnium fidelissi- «mos speravam, Deus illis retribuat secundum cos(?) suum.» Itaque fugam continuavit, utque quo Tyratem transiret, in transitu supervenerant persequentes Valachi, sed Gregorius strenue se defendens, abjectis aliquot curribus ipse cum reliquis suis thesauris Tyratem transit, et per Poloniam Silesiamque in Germaniam ad Cæsarem se contulit, ibi circiter duos annos moratus, a Turcico Sultano, per amicum suum Panajotem Aulæ interpretem veniam impetrat et Constantinopolin per Italiam et Venetias redux venit. Iterum Valachiae Principatus illi restituitur, et capitaneum perfidum ibi invenit capitque. Quem Cantacuzeni (qui Gregorii capitalis ob necem patris sui Constantini Cantacuzeni inimici erant,) nescio quomodo infidum illum Capitaneum a fodinis Moldaviæ liberaverant, et in gratia apud

www.dacoromanica.ro

illos habebat. Cantemyr dum audit Dominum suum jam in Valachiam rediisse, et principatum illi restitutum fuisse, a Principe Dabiza facultatem ad Dominum suum eundi, et de concepto crimine purgari rogat. Princeps Dabiza juxta promissum illi nonsolum adeundi facultatem dat, sed et ad Gregorium Principem scribit, et fidelitatem Cantemyri testificatur; ipsi autem Cantemyrio dicit, quod si vellet iterum in patriam suam reverti, illum officium quod tenebat, alteri non daturum, et apud illum semper convenientem illi gratiam habiturum. Cantemyr sive ob Patriæ amore, sive ob infinitis, quas in peregrinationibus perpessus fuerat curis, pollicetur principi, si facultatem in patriam redeundi a pristino suo Domino impetraverit, et passuales literasque fidilitatem suam recommendantes obtinuerit ad servitium illius se reversurum. Ita Cantemyr in Valachiam ad Principem Gregorium adit, publicum petit et rogat judicium. Capitaneus perfidus coram sistitur, a Cantemyrio accusatus facti perfidiæ, fatetur ille, testificantur literæ Moldaviæ Principis, datur sententia, ut perfidus Capitaneus suspenderetur. Cantemyr fidelitatem et justitiam suam probat, et testificantes a Principe Gregorio literas obtinet, quæ adhuc apud filios suos servantur. Cœterum tertia die cum Capitaneus ex carceribus ad furcas educendus erat, ipsum mortuum inveniunt, quo ad Principem relato, Gregorium respondisse, mortuus est ut homo, sed ut perfidus desertor, debet etiam mortuus suspendi, itaque mortuum non ad sepulchrum, sed ad patibulum ductum suspenderunt. Constantinus autem Cantemyr acceptis, ut dictum est, testificatoriis a Principe Gregorio literis, et in patriam redeundi facultate, ad servitium Principis Moldaviæ ad possessiones, et gentem suam est reversus. Princeps Dabiza illi post reversum ex Valachia non solum Codri præfecturam committit, sed insuper Vornicziam Barladi adjicit; vixit sub principatu hujus principis, tum in aula, cum intra barones honoratissime, omnibus dilectus et gratus. Quælibet sive publica sive principis privata negotia prompte prudenterque exequebatur, et præcipue in comitiis cum Tartaris (*Ilim* iis dicitur) totum negotiorum pondus in unico illo incumbebat. Tartaris enim non minus quam Moldavis justus rerum negotiorumque arbiter habebatur. Anno.... ex nobili Ganestiorum familia, quæ unica totius familiæ remanserat virginem Roxanem uxorem ducit, ex qua omnes illius familiæ possessiones et satis magnum subditorum numerum ad suos adjunxit; vixit illa tres tantum annos, ex qua nata est primogenita Roxanes ejus filia. Anno.... Dabiza Princepes mortuo sufficitu Duca, qui Cantemyrium in eadem Codri præfectura et illorum dis-

www.dacoromanica.ro

trictuum tributa colligenda, et confinia a novis venientibus Nogaiensibus Tartaris defendenda committit. Sed Duca non plus quam sex mensibus principatum exercuit a porta depositus, in Principatum misssus est Elias ex veteri Alexandri Principis cognomento Lapusznenus stirpe, sed diuturno tempore illa familia Constantinopoli habitans, usum quoque Moldaviæ linguæ perdiderat, ita ut ex Moldava in Græcam transformata videretur. Sed et Elias post octodecim menses depositus, iterum Duca in Moldaviam mittitur, anno..... Tertiam ducit uxorem Annam ex veteri Moldavorum stirpe Bantassiorum, neptem ex matre Anastasiæ uxoris Principis Ducæ, ex qua anno sequenti natus est illi Antiochus primogenitus filius, mense Decembri 4. Secundo illius principatus anno, Moldavi qui trans Prut fluvium habitant, contra principem, excepto Cantemyrio, rebellionem excitant, ad octo millia rebellium congregantur improvisi Iassios adoriuntur, et principem in arce cingunt. Aula defendenda Cantemyrio Duca demandat, infestantes rebelles fortiter repellit, tandem Princeps Duca rebelles quid vellet, mediante Cantemyro, interrogat, respondent illi, se nihil aliud velle præter illius abdicationem. Facile hoc concedit Princeps, seque principatu abdicasse publicat, liberum passum versus Constantinopolin petit, concedunt rebelles, Duca Iassiis exiens pervenit Galatium, (est oppidum ad ripam Danubii situm) inde Sultanum de rebellibus Moldavis certiorem facit, Sultanus jubet illum a via reverti, et cum ordinatis Tartaris, rebelles dissipare, atque omnes ad unum trucidare. Usus fuit Duca non solum consiliis sed et manu Cantemyrii contra hostes suos; nam rebelles accepta de reversu Duce et Tartarorum adventu notitia, plures congregantur in campo Orheense. Se aut morituros, aut Ducam in Principatu non excepturos jurant. Cum aliqua parte Tartarorum, a Duca mittitur Cantemyr, congregatos rebelles repellit, dissipat, et ad subjectionem principis suscipiendam cogit; redux Duca, Cantemyrio magnas grates habet, et officio magni Cluczerii (annonæ præfecti) honorat. Anno sequenti Sultan Mehemmed copias contra Polonos adque expugnandum Camenicum ducit. Duca Cantemyrium *calauz*, (ductorem exercitus) apud Imperatorem ordinat, (linguæ enim Turcicæ erat peritissimus) a Danubio usque Cammenium in hoc tam difficili, et duro officio optime se gerit, ad Sultani lubitum omnia prompta et parata habebat. In castris Turcicis assignata erat illi mansio apud Cozazogli Ram Kapidzilar Kiehajasi. Sultanus quæ de partibus regionum, de fluminibus, deque vicinorum Polonorum moribus, atque militiis, ad placitum Sultani omnia exponebat, ut pote qui per tot annos in Polonia

www.dacoromanica.ro

vixerat. Hæc fuit prima causa, qua Cantemyr in aula quoque -Sultanea nomen dedit. Sub Camenico deposito Duca Petreczeico suffícitur, at Cantemyr in eodem penes Sultanum officio, etiam a Petreczeico ordinatur, post Camenici expugnationem, cum Sultanus vellet ad interiora Poloniæ copias ducere, *Charem*, hoc est, mulieres concubinas, novasque selectissimas Polonas captivas quas Chanus aliique Paszae (qui usque Leopolim Podoliam depopulati erant), dono miserant, trans Danubium remittere vellet, suum Chaznadar baszi Iusuf aga, tunc secundus post Kizlar aga ordinat, et jubet ut Cantemyrium cum aliquot centenis Moldavis *Charemum* concomitandum custodiendumque accipiat. Moldaviæ Princeps ad Sultani mandatum quinque centum milites Moldavos ordinat, *Chaznados baszi*, non plus quam centum Turcas (nihil de Polonorum copiis meditantes) et hos aulicos suosque famulos acceperat. Ita Sultan Mehemmed Camenico versus Leopolim castra movens, *Chaznadar baszi* cum Charemo et Cantemyrio, ad Tyratem transeundum revertuntur, transacto Tyrate septem millia Polonorum cis Tyratem, a Duce Saliciskio missi erant, ut si possent, linguam ex postremis Turcarum castris arripere possent. Qui improvise, in *Charemum* Sultani, in ipsa fluminis ripa incidunt. Eunuchus tota spe perdita, quid factu opus esset, attonitus ignorat. Cantemyrium vocat, «ecce», inquit, «inimici multi sunt, non paucissimi, quid faciendum», Cantemyr consilium dat, ut «aliquem hominem quam primum ad Sultano notificandum et auxilium petemdum mittat; se autem cum suis militibus, currus in circuitu positurum, et usque ad extremum vitae prœliaturum, «neque illos antequam moriatur in hostium manus traditurum»; quod et fecit, nàm contractis in circuitu curribus, solutisque equis, pedestres impetum Polonorum reprimebant, pugnavit per octo horas, quousque e regione veniens auxilium a Polonis visum est, quamvis ab ipsis videri non poterat. Poloni videntes venientes Turcas, et per omnes campos palantes, re infecta aufugiunt. Itaque virtute Cantemyrii mulieres Sultani sunt liberatæ, in auxilium venientibus, Eunuchus virtutem, strenuitatem et invictum Cantemyrii animum narrat, salutem suam et mulierum Sultani ab ipso cognoscere fatetur; inde concomitantibus aliis quoque Turcis, usque Galatium Charemum perduxit. Galatiis Eunuchus ad supremum Vezirium de fideli Cantemyrii servitio, dat, quibus ad Vesirium reversus, Vezirius dicit, «si «antequam novum Principem constituerem, de tua virtute, atque fidelitate notitiam habuissem, tu fuisses princeps creandus; sed cum jam «nimis recenter sit Princeps constitutus, impossibile est Sultanum mu-

www.dacoromanica.ro

«tare sententiam. Sed manebit te eadem fortuna, si talia semper præ«stiteris servitia, et fideliter aulæ Otomanicæ servaveris.» Hinc factum est, ut deinceps Cantemyr apud omnes principes suspitionis haberetur, quamvis ille nunquam principatum ambieret, et omnibus principibus semper fideliter et immaculate serviverit. Anno sequenti ex sperata pace, majus belli incendium contra Polonos conflatur, Sultan enim Muhammed cu audivisset, Rempublicam Polonam, pacta, quæ cum Turcis Rex fecerat, sprevisse, et promisum tributum dare negasse, magnis viribus contra Polonos movet; sed sub Chotino a Polonis fœde vincuntur Turcæ funganturque, quo in prœlio Petreczeico quoque Moldaviæ Princeps arma sua ad Polona jungens. maximam Turcis intulit cladem, sed postea Petreczeico Moldaviæ Princeps cum non posset in Moldaviæ Principatu cum Polonorum protectione pedem figere, coactus est in Poloniam secedere. Aula Turcica cum videret Principem Moldaviæ in ipso prœlli ardore ad hostes defecisse, et a deficientibus Moldavis Valachisque cladis initium incoasse consultius judicat, imposterum nunquam hominem Moldavum Principem creare, sed Græcum qui habeal domum familiamque suam Constantinopoli, præter ea imbellem, et rerum bellicorum ignarum. Itaque Demetrium, (qui diminutivo nomine vulgo Demetrasco) Cantacuzenum, in Moldaviam mittunt. Qui cum prevenisset Galatium brumali tempori Moldaviam populatoribus Cozacis, a Turcis ad Moscowitas deficientibus invenit, omnes illas regiones confusione et latrociniis plenas videt, ulterius pedem movere, harum rerum insuetus princeps timet. Barones novum hominem abhorrent, sed ne contra Sultanem mandatum quicquam moliri videantur, ac si præ timore devastantium Cozacorum Tartaroruque ad montana se retraxerint, ad principemque novum salutandum differunt. Demerius rerum ignarus omni consilio destitutus Galatii hæret. Erat autem penes illum Græcus quidam rerum Moldavorum peritus, qui Principi referet. «Quod si primum apud se Cantemyrium et Gavrilicium «(erat hic illo tempore deux Moldaviæ) blandis et honorificis literis atque «pollicitationibus non pretraxerit, nullum baronem apud illum acces«surum; omnes enim reliqui horum duorum motus, atque facta imitari «solent.» Cujus onsilio Demetrius ad Gavrilitium et Cantemyrium aureos montes promittentes mittit literas. Gavrilitio quidem Ducatus confirmationem, Cantemyrio autem Serdaratum juvans, (est autem Serdaratus gubernium totius Regienis Moldaviæ quæ trans fluvium Prut est, et equestres ordines illarum partium, usque Chotinum Benderam et Budziak, in confiniis ordinati, illi parent). His literis hi

www.dacoromanica.ro

duo alectati ad Principem Galatium venit, ubi jam quartum mensem agebat. Promissis princeps stat, Gavrilitium Ducem quidem creat, sed apud se retinet, cujus regimine et consilio uti vellet ad reliquos quoque Barones reducendos. Cantemyrium Serdar facit, et Moldavum militem, qui illum sequutus erat, adjunctis Turcis Tartarisque aliquot, ad expellendos depopulatores et ubique in regno latrocinia facientes Cozacos, aliisque congregarios diversarum nationum vastatores. Sub hoc tempus natus erat Cantemyrio secundus filius Demetrius, mense Octobri 26. Quem Demetrius Princeps quo fortius animum Constantini Cantemyrii sibi devinciret, neonatum filium ex sacro lavacro accipit, et ex nomine suo Demetrium appellat, amplissima possessione, ex Principatus Pagis, *Vale I'ei* dicta donat. His ita Galatii ordinatis, Cantemyr acceptis licet non magnis copiis, undique grassatores adoritur, alios capit, alios expellit, et intra mensis spatium omnia tuta et tranquilla reddit. Demetrius Princeps occupata Iassiorum sede, Barones ultra omnes eum salutatum conveniunt. Attamen Princeps cum notum haberet, Cantemyrii nomen et virtutem non solum inter suos, sed etiam in aula Turcica claram et famosam esse, juramenti et recentium fidelitate plenorum servitiorum oblitus, ex invidia odium concipit, et Cantemyrium de medio tollere mille technis curat, sed sine justa causa manum injicere neque audet, neque potest, eo quod cognosceret, quod si aliquid vellet in illum tyrannice tentare, omnes Moldavos ab illo deficere, et Cantemyrio adhærere. Hujus concepti odii Cantemyr, licet per suos amicos gnarus esset, simulat tamen nihil tale a principe suspicari, et ad omnia mandata prompto animo paret. Virtus prout semper, et in quibuslibet egregiis viris viliosis fuit odiosa, ita in hoc nostro Cantemyrio a quibusdam συμπατριόταις semper convitiis aliisque injustis calumniis fuit persecuta et præcipue mendaciorum ut putabat immotam anchoram ejeciebant, quod Cantemyr apud Magnates Turcas et Chanum plus æstimaretur quam alii, imo ipso Principe, et quod olim sub Camenico Cara Mustafa principatum promisisset, eumque verisimile esse, illam promissionem non solum expectare, sed etiam affectare. Unde principibus cavendum, ne nimis illi in rebus præsertim ad aulam spectantibus credant, alioquin fore aliquando ut quemcunque principem de solio detrudere vellet, posse. His et hujusmodi variis oblatrationibus persuasus Demetrius, vitam Cantemyrii indefesse insidiabatur. Sed Deo protegente nunquam occasionem fuit nactus, aut in illo justam aliquam causam invenire potuit; quamvis negotia, et mandata aliis impossibilia continue man-

www.dacoromanica.ro

daret. Demetrius tamen non diu in principatum fuit firmus, nam post sexdecim menses depositus, alter Græcus Antonius Rossetus, cognomento Draco, fuit in Moldaviam missus. Sub quo Cantemyr togam capiti traxit, et sine officio domi suæ per biennium circiter mansit. Anno... post quintum connubii annum nata est filia Safta, sive titelari nomine Elisabetha, ex quo partu mortua est et Anna uxor Cantemyria, mulier inter mulieres illius seculi inprimis recensenda, literis optimis instructa, rei œconomicæ peritissima et prudentissima, (et ea que in virtute prædita mulieri (*sic*) laudari debent adjicienda) nec multo post, e vivis decessit, et soror Cantemyrii Macrina Monacha. Deposito Antonio Rosseto, Sultanus ex Valachia in Moldaviam tertio mittit Ducam (constituto in Valachia Serbano Cantacuzeno). Dum Duca in Moldaviam venit, quieti et tranquillitati, longe ab aula Principum Cantemyrium deditum, iterum ad Serdari officium revocat. Sed non ut honore dignum hominem honoret, sed ut in illo aliquam causam inveniret, qua possit illum de medio tollere. cum esset, enim ille adhuc depositus Constantinopoli vitam agens, quam celebre esset nomen Cantemyrii in aula Sultani, perfecte didicerat, unde facile hariolari poterat, tandem ad principatum quoque venturum; cautus tamen Cantemyr in suis rebus atque officio, nunquam ansam sibi aliquid contrarii eveniendi præbuit. Contigit autem tertio Dominii Ducæ anno, ut nonnulli baronum contra Ducam conspirarent, quorum præcipui erant tres, Genga Protovestiarius, Bogdanus Zikniczarius, et Lupul Soldziar. Hi quamvis non sine oculto aliorum quoque Baronum rem incipissent, (intollerabilem enim Ducæ tyrannidem sentiebant) tamen minus prudenter, rem gerentes, illorum factiones detegantur. Capiuntur, rei convincuntur, et ex sententia decapitantur. Bogdani filius Lupul desponsatus erat filiæ Cantemyri Roxanæ, et jam nuptias celebraturus, Bogdani manifestata fuit rebellio, et conspiratio. Decapitato Bogdano æmuli Cantemyrii quidam, ansam optimam cepisse rati, principi referunt, Bogdanum filium suum desponsasse cum filia Cantemyri, et cum esset inter illos et pagorum vicinitas, et collegatio matrimonialis, impossibile esse, ut Cantemyrium quoque sui consilii participem non fecerit, præcipue hominem, quem tota regio Moldaviæ transprutanam, ut supremum cognovit, et per tot tempus sibi se divinctos scirent. Placuerunt mendacia, principi ad interitum, necemque justi hominis parato. Sed cum hoc aperte fieri non poterat, neque a reis quicquam contra Cantemyrium vel verbo vel scribto dictum erat, alio procedit modo, primum juvenem Lupulum filium Bogdani (tam decimum et septimum annum

www.dacoromanica.ro

agentem) incarcerat. Fingit thesauri communis pecuniam apud patrem secum remansisse, exigit ab illo 10000 talerorum, clam autem per cruciatuum terrores sciscitatur, an ipse a patre suo audiverit Cantemyrium quoque fuisse in ejus consensu. Iuvenis dicit se neque datris sui conspirationem sensisse, nedum Cantemyrii. Patremque si hoc facinus tentaverit, juste pœnam luisse, se autem ab patris consilii alienum, eorumque ignarum fuisse. Ita nihil Duca proficiens, promittit juveni, illum a summa pecuniæ soluturum, et aulico aliquo officio ornaturum, si scripto dederit, socrum suum Cantemyrum, socium conspirationis coram tribunali, dixerit. Generosus et magnanimus juvenis, malle se mori dicit, quam justum hominem injuste criminari. Desperato eventu Duca, pecuniam totam ab juvene per diversas incarcerationes, atque cruciatuum terricula tyrannice, et injuste exigit, promittit juvenis Lupul se daturum, dummodo a vinculis bonis obsidibus solveretur, ut possit nimirum suas possessiones vendere, quorum pretio, desiderium principis expleret. Datur illi facultas sub bonis obsidibus e carceribus exeundi, sed occultum mandatum dat, ne aliquis baronum se vadem, aut obsidem pro illo ponat; rogat juvenis omnes suos cognatos, barones, aliosque paternos, quos putabat amicos; omnes hoc se præstare posse negant, excusantque se, ne pro illo obsides facti, in principis suspitionem incidant. Cantemyr cum videt, generum suum tam tyrannice vexari, et sine ulla misericordia a satellitibus molestari, (satellitibus enim ordinata erat illa pecunia) supremo Bulukbaszi dicit, ut generum solvant, se autem intra decem dies illam pecuniam soluturum, et dato chirographo, generum e carceribus liberat. Hoc audito Duca, magis furore incenditur, et accersito Cantemyrio, «Quare,» inquit, «vadem te po«suisti pro filio hominis, qui nudius tertius in caput meum conspira«verat, et justo judicio debitam luit pœnam, nimius tuus iste erga «illum amor plus est quam sponso deberetur; poteras enim tu tibi a«lium sponsum invenire, cujus patres non essent tali macula aspersi. «Quis enim filium suum, tuæ filiæ desponsare» (*sic*). Respondet Cantemyr «quod Bogdanus juste, et publico judicio decapitatus fuit om«nes novimus. Quod autem filius ejus, quem secundum ecclesias«ticas institutiones sponsum filiæ meæ sumpseram, fuerit in eodem «cum parente crimine, non audivimus, neque justum esse putavi «Domine Princeps, quocunque modo, mortuo patre, innocentis «juvenis desponsationem spernere, in quo conculcarentur Ecclesia«stica instituta et dati verbi honos. Quoad pecuniæ solutionem non «plus genero meo, quam militi tuo me beneficium præstitisse ar-

www.dacoromanica.ro

bitrór. Huic quidem vinculorum solutionem, illis autem penuriam ademi, et sex mensium expectationem explevi. Cœterum si tua,» inquit, celsitudo jusserit, ego pecuniam militi non numerabo, et nuptias illius differam, quousque Tuæ celsitudini placebit.» Justus judex respondit : Quandoquidem pecuniam militi solvendam pro de-«bito juvenis te chirographo obligasti, omnino ad præscriptum tempus «illam summam solvere debes, filium autem in caput meum conspirantis Patris, filiæ tuæ maritum esse neque volo neque concedo; ali-«ter si feceris, argumento erit, te potius mortuis meis inimicis favere «quam mihi vivo, et Domino.» Cantemyr ex ungue leonem, Principis malignam de se conceptionem optime intelligit, tacitus tamen genero suo omnem suam mobilem, immobilemque substantiam, (excepti, ædificiis, possessionibus, et subditis) mercatoribus vendere jubet, ejusque pretio principi pecuniam solvat, «se autem in Deum sperare «occasionem nacturum, qua plura illi reddat, quamque ipse vendiderit.» Fecit ita juvenis, omnia bona sua magnanimiter vendebat, Cantemyr autem sub aliena manu omnia hæc suo genero emebat. Quæ postea majori cum emolumento illi restituit. Princeps autem Duca, cum videret molimina sua omnia vana esse, et quo crimine manus in Cantemyrium injiciat, non posset, aliud stratagema excogitat, ut illum Constantinopolim ad aulam Sultaneum Capukiehaja (Residentem) mittat, et si quæ mandata Sultani acciderint, aut pro aliqua pecuniæ quantitate mittenda, aut aliquod grave in aula negotium exequendum, illud opus, et mandatum silentio præmendum, et ad aulam illam pecuniam, aut illud apud Capukiehajæ Cantemyrio perficiendum et mandasse, et modum quo perfici deberet, indicasse atque ordinasse; quod si ille non fecerit, illius et non reliquorum Moldaviæ subditorum esse culpam relaturum. Itaque in Sultani indignationem illum injiciendum. Quod et præstitit, nam expedito ad aulam Cantemyrio, diversis literis ad Vesirium scribit, post tres menses venturum, *bairam piszkiczi*, (donaria Paschatica) quorum summa 120 bursis constat, per Cantemyrium completo numero misisse, et tribus ante bajrami pecuniam totam Galatii esse collectam, quam inde secum accipiens ad portam ducat, et ex catalogo omnibus ut decet distribuat. Cantemyr Iassiis proficiscitur, Galatii neque tertiam pecuniæ partem collectam invenit, nec non a quibusdam amicis certior fit, hoc per principis mandatum neglectum fuisse. Galatii ad principem de pecuniæ deficientia binas trinasque literas scribit, responsum nullum obtinet, præter hoc, ut nulla interposita mora quan tocyus Constantinopolin perveniat, ne urgentia in aula negotia a

www.dacoromanica.ro

rectore et exemtore destituantur, cætera omnia illum secutura. Cantemyr undique anxius, necessitate tamen ductus Danubium transire cogitur, et ad Portam prædefinito a Principe die pervenit. Instabat jam bajrami dies, at pecuniæ neque nomen venturæ audiebatur, quorsum negotium tenderet providet, (hujus enim pecuniæ solutio, nullam temporis dilationem in aula patitur) Vesirii Kiehaja, ex Principis literis, totam pecuniæ summam apud Cantemyrium paratam esse, eamque tempore consueto sine dubio soluturum sciebat, unde non leve Cantemyrio imminebat periculum. Galatii non plus quam 20000 talerorum secum acceperat, itaque de ventura a Principe pecunia desperans, ad suos quos non paucos habebat recurrit amicos, qui in Moldavia mercaturam exercent Turcas, a quibus totam pecuniæ summam proprio chirographo accipit, præstitutoque die Bajram-iszkiesz omnibus complete distribuit, neque apud Principem super hac re plus conqueritur, nisi quod secundum mandatum, quod ad pecuniæ collectores Iassiis acceperat, pecuniam Galatii non invenisse, neque postea usque ad diem bajrami post se venisse, unde arbitrari se, quod sua Celsitudo aliis gravioribus distracta publicis negotiis hoc omisisse, aut eos, quibus mandatum erat segnius fecisse; unde rogare suam Celsitudinem, residuam pecuniam, quam ab amicis suo chirographo mutuo accepit, et (ne Vesirius ob pecuniæ deficientia in Principem irascatur) suis locis complete distribuit, digneretur quantocyus mittere, ne coram mercatoribus, ad propositum solvendæ pecuniæ diem, mendax et inconstans appareat. Per literas Princeps promittit quidem pecuniam missurum, re autem omnino negligit, imo neque debitorem esse Cantemyrium meminit aut curat. Iamque annus circulum faciebat, et nulla pecunia mittebatur; mercatores a Cantemyrio suam pecuniam anxie repetentes, Cantemyr illis scansiales ad domus suæ præfectum dat, qui in Moldaviam venientes, singuli per suos chirographos, boves, oves, mel, butyrum, et alia quæ mercatoribus conducunt, a præfecto domus accipiunt, et chirographa reddunt. Princeps cum audivisset Cantemyrium de suo totam pecuniæ summam creditoribus solvisse, novum destinat Constantinopolim Kapukiehaja, et Cantemyrium ad se venire jubet, equidem eo prætextu, quod cum a Sultano mandatum haberet, ut ad expeditionem contra Germanos se præparet, eo vellet ad militum conscriptionem, aliasque res, ad militiam spectantes uti, de debita autem pecunia nulla fit mentio. Cantemyr mandato Principis paret, res aula venienti Kapukiehaja commendat, ipse in Moldaviam revertitur, in præsentia a Principe honorifice excipitur, ob fidele et egregium ser-

www.dacoromanica.ro

vitium regratificatur, et pecuniam ex provinciam solvi pollicetur. Sed hæc omnia ficta, et interno odio tecta; nam neque pecuniam solvi imposterum jussit, neque ceteris promissis stetit, invictus tamen hæc omnia sustinuit Cantemyr, nec multo post, anno....* ineunte æstate Princeps ad Viennensem expeditionem proficiscitur. Cantemyrium, ex offi io Serdari deponit, et castra sequi jubet. Cum autem Tartari per Moldaviam Valachiamque cum Turcicis castris sub Beligrado unituri, transirent, Moldaviam ac si inimicam terram (exceptis hominibus) vastabant, multorum baronum villas domos igne comburebant, greges pecorum, jumentorumque prædabantur, inter quos etiam Cantemyrii equorum greges plusquam 800 deprædati fuerant. Duca jam in Transylvaniam penetraverat, dum principatus a Tartaris devastationem audit. Sed unusquisque de suis perditis desperans, (impossibile enim sciebant a Tartaris abrepta inveniri aut recipi posse), nihil curabant; Cantemyr autem, cum sciret Chani, omniumque Mirzarum magnam favorem, a Principe facultatem petit, ut ad Chanum discederet, resque suas a Tartaris abreptas exquireret; re autem ipsa, intendebat, ut perfecto suo cum Chano negotio, in Patriam rediret, et reducem Principem in Moldavia non expectaret. Non potuit illi Princeps negare petitionem, et accepta redeundi facultate, Chanum sub Temurcapi consequitur. Statim rigorosa illi ad omnes mirzas dat *jarlyk* (sic Tartari vocant sua mandata) et aliquot officiales ordinat, ut per tota Tartarorum castra exquirerent, sicubi Cantemyrii jumenta vel quicquid aliud a Tartaris abreptum illi fuerit, recipiant, et Tartaros illos vinculis ad Chanum mittant. Ita Cantemyr omnia sua jumenta et pecora a Tartaris (exceptis 40 hinnulis) nec non multorum baronorum nomine suo recuperavit, de domus autem villarum combustione mandatum impetravit, ut omnes Mirze, posita pecuniæ summa, pretium combustarum aularum solvant, inde ad possessiones suas reversus, Princeps cum videret Cantemyrum castra non secutum, sed ad sua reversum audivisset, ad locum tenentes suos Iassios mandatum dat, ut Cantemyrium captum in vinculis ad reditum suum tenerent. Sed Cantemyr per amicos accepta hujusce modi mandati notitia, totum suum famulitium in pago Czeucanii, (apud fluvium Tutova situm) congregat, et dato cum multis aliis baronibus (inter quos præcipuus erat Gavrilice supremus Vornik) verbo obedientiam recusant, et filiæ suæ nuptias cum filio defuncti Bogdani per septem dies splendide celebrat. Nup-

* Annus sine dubio 1682.

www.dacoromanica.ro

tiis finitis, Locumtenentes, (qui turcico vocabulo Caimacam quoquè vocari solent) duocentum milites equites et pedestres ad capiendum in suo pago Cantemyrium expediunt, sed tres ante dies accepta illorum adventus notitia, suos famulos et servos ad defendendum se parant. Cum milite missus erat præfectus Stolnicorum, Ioannes Chrysoberges homo natione Græcus. Qui cum ad Cantemyrii pagum propinquasset, inscius quod Cantemyr illius adventus haberet notitiam, in sylva militem in insidiis relinquit, ipse, acsi alio negotio ordinatus, fingit se per citos equos, ad Faksanium transiturum, et cum 15 tantum hominibus ad Cantemyrii pagum venit, quem Cantemyr statim captum, vinci jubet, reliqui audita præfecti illorum captivitate, palantes sparguntur fugiuntque. Cantemyr data cæteris consentientibus notitia, sub Barlad oppido omnes congregantur, et inde acceptis suis (quæ accipi poterant pecoris et jumentis, et occultatis aliis domesticis suppellectilibus), in Valachiam iter dirigunt. Ex Barlato proficiscentes, Chrysobergem vinculis solvunt, qui ne videatur, ad mandatum segniter processisse, illos cum aliquot militibus usque ad flumen Siret sequitur, sed nihil tentare audet. Ita Cantemyr cum reliquis multis Baronibus tyrannidem Ducæ in Valachiam effugerunt. Inter Valachiæ, principem Serbanum, et Moldaviæ Ducam, sub hoc tempus ob aliquas occultiores causas, (quorum hic locus non est) inextinguibile inimicitiæ incendium excitatum erat, multamque pecuniam utrique in Aula Cara Mustafæ paszæ consumserant, utrique tamen fortes, et donariis pares, nihil sibi nisi bursis suis nocere potuerunt, at Serbanus cum audivisset, Cantemyrium cum multis aliis baronibus in Valachiam, illius protectionem optantes a Duca defecisse, admodum lætatus, suis locumtenentibus per expressos jubet, ut Moldavi Barones honorifice excipiantur, et loca illis, et pagi juxta suas conditiones, ad contentationem distribuantur. Post autem Viennensem cladem Principes a Mustafa Pasza ad principatus suos redeundi facultatem accipiunt, at Serbanus quidem Valachiæ ex Hungariæ limitibus recta in Valachiam breviori et securiori itinere revertitur, Duca autem ob conceptas inter illos inimicitias, per Valachiam transire, sibi neque tutum, neque securum ratus, longis itineribus Beligrado per Hungariam et Transsylvaniam sub initio Decembris vix ad Moldaviæ fines pervenit. Sed cum Rex Poloniæ Duce Konicky reliquas Cozacicas, et Polonicas, nec non Moldavicas, (quas Petreczeico Princeps colligere poterat) copias in Budziak per Moldaviam expedierat, Petreczeico jam Iassios occupaverat et Budzakienzibus Tartaris Cozaci magnas clades intulerant horum, velitationibus impe-

www.dacoromanica.ro

ditus Duca Iassios intrare non est ausus (nondum enim copiæ ex Budziak reversæ erant) sed prope Fakszani oppidum in pago Domnesti dicto illius expeditionis finem expectandum fuit coactus. Petreczeico Princeps postquam Iassios pervenerat, literas ad Cantemyrium scribit, ut quantocyus ad se veniret, se enim illum exercitus ducem constituere decrevisse. At Cantemyr, cum titubantes videret res Petreczeiki neque stabilem illius Principatum sub tutela Polonorum cognosceret, socios relinquere, et antequam Principem Serbanum conveniret, hoc facere non posse rescripsit. Insuper se scire Principem Ducam, in confinia Moldaviæ fuisse ingressum, et penes illum adhuc nonnullos Barones remanssise, ideo non tutum habere se in Moldaviam, vivente aut principatum tenente Duca reverti. Genero tamen suo Lupulo ad Petreczeico eundi facultatem dedit, qui ad exitum usque Petreczeici ex Moldavia cum aliis Moldavis penes ipsum fuit. Serbano Principe ad sedem suam Bucurestum reverso omnes profugos Moldavos ad se vocat, protectionem illis, et auxilium in aula ad deponendum Ducam ob inveterata inter illos odia, facile promittit, hac tamen conditione si omnium consensu ab aula per suplices literas sibi principem postularent. Hujus conditionis antea inscius Cantemyr, cum ad Serbanum omnes veniunt, Cantemyrum fratris, cæteros proprio nomine compellat. Miratur Cantemyr honorem incongruum, ita ut rem sibi, aliisque mentis Serbani ignaris, ridiculum, ac quasi delusoriam putarent. Sed Serbanus «non, inquit, «frater, meam compellationem sinistræ interpreteris, Deo enim coadju«vante id omnino debet fieri, et ego te ut Moldaviæ principem meum«que fratrem agnosco; in cujus confirmationis pignore filiam meam «natu secundam alterutri filio tuo desponsatam esse vollo.» At Petreczeico ex Budziak redeunte, licet magna cum suorum jactura, ex Soczavia Bajuskium sum nepotem, Lupuli Bogdani patruelem, cum selecta militum manu, ad opprimendum in Domnesti Ducam expedit. Qui Decembris 25 ipsa die nativitatis Domini in prandio cum suis consiliariis epulantem improvise circumdat. Ducæ deerat miles, omnes illum deseruerant, paucissimi Barones, qui cœcam quandam fidelitatem illi profitebantur, aut quia reliquos Barones ob iniqua sua consilia pertimescebant, aut quia sanguinitate aliqua ex parte uxoris conjuncti erant, penes illum perseverabant. Ita Duca a Bajuskio Chiliarcha oppressus, cum suis asseclis (excepto Buhuk Hetman uxoris fratre qui arrepto equo evasit) capitur, et ad regem Sobieskium Varsaviam ducitur. Barones in Valachia auditis Ducæ fatis, hiemem licet mediam, in ver, et aeris sævitiam in tranquillitatem mutatam esse

www.dacoromanica.ro

sentiunt. Uxor Ducæ Principis cum esset cum suis filiis in Braila Turcico oppido ad Danubium sito, audito mariti fato, Sultanum de casu, et fatis Principis certiorem facit, et filium suum natu majorem (tunc vix duodecimum annum agentem), promissa magna pecuniæ summa, postulat. Fecissent hoc Turcæ (quia fidelis apud illos habebatur Duca) nisi accepissent, filium nimis juvenem esse, et illius temporis turbulentiam virum maturum et rerum expertum postulare scirent. Sub hoc tempus Demetrius Cantacuzenus, jam nonum annum post primi principatus depositionem Constantinopoli agebat. Qui cum audivisset Ducam a Polonis captum, et sedem Moldaviæ vacare, duplicem quia solitam pecuniæ summam, per Caimacami, et Tefterdari manum Sultano pollicetur, si illi Moldaviæ principatus daretur. Serbanus in hoc negotio segnius quam debuerat, visus, antequam Moldavorum Baronum supplicationes ad aulam pervenissent, Demetrium Principatum jam accepisse a suis Residentibus certus fit. Prout nullibi deficiunt calumniatores, et æmuli, ita et hoc negotio, barones qui, sibi Cantemyrium principem erant petituri, licet jure jurando se obstrinxerant, ne hujus electionis rumor ad aures Demetrii, perveniret, neque illi cuiquam hoc revelarent, optime enim sciebant quam detestabili odio in primo suo principatu prosecutus fuerat Cantemyrium equidem ob vanam quandam illius conceptionem, at si nunc acceperit, et electum, et a Serbano Valachiæ Principe fratrem et socrum appellatum, aut in Moldaviam nunquam illi redeundum, aut maximo cum vitæ periculum, ibi vivendum; ita illi juramento obligati, Iudæ tamen aliquis non instar, de singulis omnibusque Demetrium certiorem facit. Princeps dum Galatium pervenit, primus omnium Cantemyr illi obvium fit principemque salutat. Demetrius aut quia rerum Moldavarum confusio tunc non permittebat, aut quia de falsa delatorum relatione adhuc dubitat, aut etiam quia quod intendebat perficere non posse cognoscebat, Cantemyrium hilari vultu et honorifice excipit. Statum illius sub dominio Ducæ condolet et Ducæ tyrannidem multis verbis (erat enim eloquens Demetrius) vita ferat. De cætero meliora imposurum illum sperare, jubet, et illico officio Serdari iterum honorat, nec non post adventum ad sedem munus Ducis pollicetur. Cantemyr licet non sine assiduo timore et cautione, tamen nihil tale metuere simulat, et acceptis (quæ brevi spatio colligere poterat) juxta principis mandatum, depopulatores Polonos et Cozacos, qui per totam regionem depopulabundi pallabant, unico quasi... expellit, multos etiam capit et Principem mittit; purgata Provincia a latronibus, et tranquillitatem per Cantemyrii labores red-

www.dacoromanica.ro

dito principatu, Demetrius ad sedem Principalem venit. Ubi Cantemyr ad Principem revertitur, et honorificam regratificationem, atque multas illas illius pollicitationes expectat. «Si non,» inquit, «ita viriliter «te in hac expeditione gessisses, omnino te capite privassem; impos- «terum cave, ne vanas quas concepisti auras, secutus, id quod «nunc effugisti, experiaris», et munus Hetmani cuidam vilissimo, et incerti homini nomine Zosimo dedit. Cantemyr constanter rigidas fatui principis minationes audit, simulatque, «et se imposterum om- «nibus conatibus curaturum, ut melius ipsi posset servire» respondet. Nondum transiverant tres dominii sui menses, et Rex Poloniæ partem exercitus, in Moldaviam depopulandam (eo prætextu, quod si in Moldavia non essent habitatores, Turcam non posse militem in Camenico alere, cui consilio totus contrarius erat Dux Iablonovskius, et cæteri magnates) mittit. Quo a Principe audito novum hetmanum cum suis et aliquot Tartaris Turcisque contra illos ordinat, Cantemyrium in oprobrium tantum illi subordinat. Haud longe ab oppido Cotnar profecti in Polonos incidunt, Dux exercitus qui a nativitate nunquam in militia fuerat, neque quid sit pugna sciret, quo se vertat miserculas ignarus Cantemyrium interrogat, quid illi faciendum esset, ut ab apparente hoste (nondum enim Poloni ad pugnam processerant) liberaretur. Cantemyr respondet, «illum non «esse a Principe consiliarium, sed sub ordinatum tantum illi ducem «ideo quod a supremo Duce illi fuerit mandatum ex mandato, et «militari consuetudine obedire debere. Cæterum si salvum se vo- «luisset, aut domi deberet manere, aut antequam hostis irrueret, «clam se ex copiis subducens aufugiat:» facile consentit, miser Hetman, et relictis copiis suisque impedimentis fugam capit, et uno spiritu Iassios ad Principem eo die pervenit, (Cotnar enim 12 horis Iassiis distat) relatum est principi Zosimum exercitum ducem duobus saltem aut tribus *(sic)* fugitivus, desertis copiis jam domum venisse. Quo a principe accersito, et de sibi demandatis copiis interrogato, «Polonorum» respondet, «magnas copias in illos incidisse, et inito «feroci (quod falsum erat) prœlio, Polonos victores evasisse, et suos «cum Cantemyrio, Turcis, Tartarisque ipsum deseruisse, et solo equi «beneficio hostium manus effugisse.» Accenditur ira rei ignarus Princeps, per Cantemyrium dolum et proditionem suarum copiarum factam fuisse clamat, mortem et quodcunque morte pejus minatur, dummodo ipsum vivum caperet. Cantemyr autem post Ducis fugam collectis suis, (Turcæ enim et Tartari Ducem fuerant secuti) et quibusdam in locis positis insidiis, cum paucissimis Polonos adoritur,

www.dacoromanica.ro

deinde fugam fingens superbos Polonos, ad persecutionem allicit; dum ad insidias pervenit, dato receptui signo, persequentes in medio circumdant, magna strage afficit, plus quam 120 ex illis vivos capit, cæteros fugat dissipatque, erant autem Poloni numero 500, penes Cantemyr non plus quam 200. Talem victoriam nactus Cantemyr Iassios ad Principem, post se magnam captivorum catervam trahens, revertitur; factum omnes non satis admirari possunt, sed princeps ob conceptam iram et vetus in illum odium, spiritus tantum interceptionem non patitur. Cæterum coram principe positis tot armis hostium, captivisque, a principe non ut debebat, laude et gratiis aspicitur, sed quare Ducem deseruerit, indignabunde interrogatur, Cantemyr respondet, «se Ducem antequam prœlium incepe-«rit, vidisse quidem, in ipso autem prœlio nullibi apparuisse; neque «prout ducem decet, militi vel ad pugnam, vel ad receptum ordinem «dedisse, se autem cum videret duce destitutas et sine ordine dis-«persas, eas collegisse, et ingruentem hostem adorsum fuisse, et «bonis Principis auspiciis illos vicisse, et occisos totque captos et «vexilla ad suam Celsitudinem aduxisse.» Malebat Princeps omnes milites perdidisse, et cum illis Cantemyrium periisse, quam ex tali illius mirabili victoria, majorem famam apud suos, Turcas, Tartarosque concepisse, quod maxime obstabat quin posset malignam suam opinionem in Cantemyrii perniciem ad praxin perducere. Eodem anno sub initio veris, Suleiman Pasza cognomento Ainedzi, Seraskier contra Polonos ab Sultano ordinatur, qui collectis Turcicis Tartarisque copiis Danubium sub Isakcze, ponte junctum transit, cum venisset ad Prut fluvium, ad locum Zuzoram dictum, Princeps ex more solito illi bonis cum muneribus obviam fit, Serkierius illum honorifice primum suscipit, et si quid haberet ab illo postulandum, se præstandum, non recusaturum dicit. (Seraskierius ab Serbano Valachiæ Principe ad inveniendam aut excogitandam in Demetrio depositionis culpam, magna pecuniæ summa data, majori pollicita inescatus erat), Demetrius cum videret Seraskierium sibi maxime faventem, et servitia promittentem, bonam occasionem nactum fuisse ratus, de Cantemyrio graviter conqueritur, «illum nempe esse man-«datis illius contrarium, et totius regni disturbatorem atque prodi-«torem, se autem talem hominem de medio tollere, præ timore «quorundam nequissimorum Baronum, illi consentientibus, non posse, «ideoque consensum Seraskierii, et mandatum rogare, ut Cantemy-«rium captum, decapitet, quo e medio sublato, se obsidem esse, «imposterum neque Polonos deinceps Moldaviam invasuros, neque

www.dacoromanica.ro

«res Musulmanas, Polonis cæterisque hostibus revelari.» Suleiman Pasza præter hoc quod cum Serbano ad deponendum Demetrium verbum dederat, veteres et profundas cum Cantemyrio fovebat amicitias, sed ad deludendam vanam Principis mentem, non potes tu», inquit, illum rebellem ita facile occidere, sed nunc in hac mea «expeditione, illum ad castra mea versus Poloniam ducenda, ducto-«rem ordina, (eum etiam alias quoque copiarum Sultani ductorem «fuisse scimus) et alia quæ ex Sultani mandato nobis in itinere a te «exigi debent, ut pontium correctiones, constructiones annonæ aliarumque rerum necessariarum provisiones, illi demanda, ego autem culpam aliquam in illo faciam deprehendi, itaque illum ut mandato «non parentem, et inobedientem ex nostri Mufti fetva, capite plec-«tam.» Hæc quidem Pasza per se Principi suggerit, per suum autem Kiehaja illi dici jubet «ut si prius a Principe ob hoc servitium bonum «pecuniæ summam non acceperit, promissa non perfecturus; accepta «autem pecunia tertia die illi culpam crimenque inventurum, et ac-«cepto illius capite ad principem missurum. Demetrius Cantacuzenus, ut nimis desiderans nimis credit, facileque Paszæ 15000 talerorum pro morte Cantemyrii dat. Princeps his cum Pasza compositis, acceptaque licentia, Iassios se convertit, et statim accersito Cantemyrio, illum exercitus Turcarum penes Seraskierum Ductorum destinat. Quæ illi necessariæ ad illud iter essent, post illum missurus. Cantemyr per Serbani Principis literas, licet de Seraskierii intentione notitiam haberet, cum autem sciret Suleimanum a proposito facile mutari, et inconstantem hominem esse, non sine magno vitæ discrimine, ex principis mandato, ad illum accedit tamen. Dum apud Seraskierium venit, et a Principe datis literis, se ad servitium suæ Illustritatis missum, et si quid erit mandatum ejus, se pro viribus exequendum conaturum dicit. Subridens Seraskierius, semotis aliis, «optimum a te, antequam te viderem habeo jam servitium. Prin-«ceps enim tuus mihi 15000 talerorum dedit, ut te occisum, capu «ad illum mittam. Quod tamen nihil metuas, neque enim Seraskie-«ratu a Sultano ordinati sumus, ut nebulonum hominum vanas opi-«niones sequamur, sed illi fidelia servitia præstemus, et malos malis, «bonos autem bonis afficiamus. Te autem paucos post dies (si Deus «felicem nempe reditum concesserit) Moldaviæ principem scias; nec puto meam relationem apud Sultanum non valituram.» Ita deinceps Cantemyr tranquillus in illa expeditione, (quæ non ita longa fuit, Poloni enim nullibia pparuerunt, illo autem posito in Camenico milite, et alimento ad Sakcziam est reversus) Demetrius Princeps sin-

www.dacoromanica.ro

gulis diebus post datam pecuniam mortem et interitum Cantemyrii in castra Seraskierii audire expectat, sed frustra; nam Seraskierius, postquam ad Zuzoram est reversus, Princeps iterum cum aliis muneribus illi supplex obviam fit, et antequam Princeps Cantemyrii mentionem faceret, ipse præoccupans, infidelem hunc Cantemyrium «inquam, multis in locis juxta promissum occidere volui, sed nun-«quam a Cadi, quem in castris habemus, illius Hodzet (mortis sen-«tentiam) accipere potui; puto infidelem notitiam quandam hujus rei «olfecisse, et judicem nostrum magna pecunia corrupisse, et in fa-«vorem suum traxisse, ideo te consultum vellem, ut huic Cadi bo-«num et pingue aliquod munusculum offeras, ne tibi imposterum «contrarius, et inimico tuo favens appareat. Ego autem juxta promis-«sum omnem movebo lapidem, ut illum antequam ad Danubium per-«veniat, capite privem, et tibi satis faciam. His Paszæ ludibriis conquiescit Princeps, et mediatores sibi fidos, Cadium magnis muneribus ditat, ille cum nullam rei haberet notitiam, ad tanta donaria obstupescit, et quid sibi vellet ab ipso princeps interrogat. Illi rem ut se habet illi revelant, sagax Cadi, cumque Seraskierii naturam et mores optime novisset, facile promittit, imposterum Hodzet, quando nimirum a Seraskierio postulabitur, non negaturum. Ita delusus Princeps et laborem et oleum perdidit; nam Seraskierius post quam ad Danubium pervenit, Cantemyrio jubet, ut misso aliquo suo fideli homine, liberos suos, caterosque consentientes barones accipiat, et in Valachiam ad Serbanum se recipiat. Quorum transitu in Valachiam audito ipse quoque ad Serbanum eat, et inde omnes fugitivi Barones congregati, ad se Sacziam veniant, se autem ad Sultanum relaturum, ut Demetrius, uti principatui indignus, deponatur, et Cantemyr Princeps constituatur. Quod et factum est. Nam post Cantemyrii in Valachiam secessum, multi ex primi ordinis eum secuti sunt, et apud Serbanum se receperunt. Astutus autem et revera Ainedzi, (quod dolusolem-dolusum-significat), ad Demetrium per certum hominem literas mittit, quibus illi significat, Cantemyrium ex manibus ejus fuga elapsum fuisse, et apud Serbanum in Valachia se reci-«pisse audivisse; se tamen nunquam remissurum, quin semel promissa exequatur, et ita facturum ut non solum illi fugitivi vinculis, et catenis ligati ad illum remittantur, sed etiam Serbanus illorum protector, et fautor a principatu deponatur, modo ille quamprimum curet, «ut aliquot Barones ad se et ex ore omnium Moldaviæ habitatorum, «arzmahzar (quod est communis consensus supplicatio) ad aulam mit-«tat. Se autem probaturum non solum suam erga illum amicitiam,

www.dacoromanica.ro

«sed etiam se Plenipotentiarum Seraskierum a Sultanea majestate «missam, neque posse pati, ut ab infideli Cantemyrio et illi consen- «tienti Serbano subsanari et nihili æstimari.» Hæc quidem per suum expressum Suleimanus significabat, re ipsa autem longe aliter et contra illum rem machinabatur, ut inferius patebit. His Seraskierii incitamentis accingitur Demetrius, et falsum Arzmahzar, falsisque bullis subsignatum adversus Cantemyrium reliquosque fugitivos barones componit, illos ut mandati inobedientes, ut servitiorum Sultaneorum desertores, ut proditores, et regni disturbatores accusans. Cum hoc Arzmahzar plus quam 15 barones, quos sibi faventes putabat, ad Seraskierium mittit. Quo lecto ac si ira et furore accensus ad Serbanum in Valachiam mandatum per aliquem suum Agam in hoc sensu mittit. «Relatum est ad aulam Sultaneam, quod apud «te conserventur, et in dies alii atque alii congregentur nequissimi «homines, mandatum Sultaneum detractantes, et ad omnia Imperato- «ria non solum non obedientes, sed etiam alios quoque ne id præs- «taret, impedientes; unde si tibi vita et Principatus necesse est, «præfatos (Chainos) desertores, quantocyus ad nos mittas, quorum co- «ram nobis ex Sultaneo mandato perspecta causa, illis debitam luant «pœnam, aliter si feceris, scito tibi finem infelicissimum et propin- «quissimum esse.» Hoc mandato ad Serbanum perveniente, multi baronum diu quid factu opus esset hæsitabant, et quamvis occultis literis Seraskierius de sua intentione certum fecerat, et præcipue per literas, quas ad ipsum Cantemyrium dederat, nihilo tamen minus, illius fraudes et investigabiles technas artesque scientes, non parum talem beneficii promissorem timeb ant, nec facile illi credendum ducebant; tandem meliora consulentes, Deo et fortunæ se committentes, omnes simul ad Seraskierium Sakziam cum aliquot Serbani principis hominibus concomitati eunt. Dum ad Seraskierium veniunt, primum illos noctu ad se Cantemyrium et Gavrilicium vocat, et instruit illos «ut mane facto publico judicio audiantur a Cadi quæ illi «per commune Arzmahzar accusantur, deinde se barones partes De- «metrii interrogaturum, an hæc omnia, quæ adversus fugitivos vera «sint, et an omnium consensu et notitia illud arzmahzar sit scriptum, «et proprio sigillio sigillatum. Quo mendacio publice patefactum, et «convinctum, se facile posse Cantemyrium (etiam Sultano inscio) Prin- «cipem declarare, nec desiderare Sultanum illius talhisz, (Vesiriorum «relationum libellus) non admissurum et non confirmaturum.» Ita hi instructi secunda die tam fugitivos quam accusatores ad Divan (Publicum Judicium) convocari jubet; accusatores primi arzmahzar por-

www.dacoromanica.ro

rigunt, quod a Cadi alta voce, ut omnes possint audire, recitatur. Seraskierius primo intuitu fugitivos barones torve aspiciens, «quare «ita fecistis mandato Sultaneo et principi vestro vos inobedientes, «et pervicaces præbuistis, si vera sunt hæc quæ contra vos «accusantur, per caput Domini mei Sultani, omnes ad unum «moriemini; sin autem vos excusandi, et rectificandi verbum ha- «betis, dicitote.» Fugitivi per Cantemyrium (Turcice enim op- «time calebat) respondent, se nunquam mandata Sultanea detractasse, «neque alteri principi se contrarios ostendisse, nisi huic tyranno, «seque scire a Sultano principem, qui Sultanea mandata exequatur, «non tyrannum qui innocentes homines invidia persequitur, bona il- «lorum spoliatur, et pro fidelibus servitiis mortem et quodcunque ma- «lum considerari potest, minatur; prout testis est totus populus Mol- «davus, quanta fidelia et meritoria servitia ipse solus contra impe- «ratoris hostes dimicando, non multo ante monstraverit. Quæ autem «in Arzmahzar scribuntur et falsa esse, et præter Baronum quorum «sigilla ficta impressa sunt, nomina atque consensu missa. Quod si «vellet sua Illustritas rei veritatem scrutari, sufficiet hoc ut soli accu- «satores, cujuslibet baronis proprium sigillum indigitent; quod si ve- «rum fuerit, non erimus (etiam si justi) rei, si non, illi semet ipsos «falsos accusatores declarabunt, et divina justitia fiat.» Seraskierius his a Cantemyrio auditis, accusatores ut sigilla ostendant, quod cujus esset, at omnia (exceptis tribus aut quator, quæ erant quorundam Græcorum suorum domesticorum) sigilla erant falsa, neque illi amplius, falsitatem arzmahzari tueri poterant, «sed, si sigilla falsa sint, «an vera nos hoc latet, certum autem est nos arzmahzar ex mani- «bus principis accepisse, et quod nobis mandavit coram te dicendum «hoc dicimus, Seraskierius urget illos, ut veritatem clarius fateantur «alioquin se in Moldaviam missurum, et omnes barones quorum no- «mina subscribuntur, et sigilla eorum esse dicuntur, adducturum, et «si duorum aut trium tantum falsum esse sigillum invenerit, omnium «illorum linguam abscisurum, et super asinos per urbis plateas in- «versa facie verberibus laceratos tractandos jussurum». Hæ Seraskerii conditiones et minaces jussiones cœgerunt, ut accusatores faterentur «omnia scripta arzmahzari esse falsa, sigilla aliena, non quorum sunt «nomina, illos autem omnes inscios esse illius arzmahzari; præterea «se scire Principem injuste Cantemyrium voluisse occidere, et multo- «ties hoc et mille technis hoc perficere tentasse, ideoque illum ad «evitandum vitæ periculum ex patria aufugisse.» Ad hæc excipit Seraskierius, «mihi quoque 15000 talerorum prætium capitis Cantemy-

www.dacoromanica.ro

«rii nuper dedit, et ni fallor, et dominum Cadi ab ejus muneribus «non fuisse vacuum;» idem Cadi fatetur, occulta nimirum manu, «hodzet in mortem Cantemyrii Demetrium per suos homines petiisse, «se autem, ut justum decet judicem, hoc negasse, nisi mortis illius «certa et evidens fuerit causa.» Itaque Seraskierius accusatores ad custodias mittit, Cantemyrium autem cum cæteris suis sociis apud se retinet, soluto tandem divano, in interius cubiculum omnes intrare jubet, senior et dignitate superior erat Gavrilicza, qui supremus inferioris Moldaviæ Vornik (gubernator) quo ingrediente Seraskierius nihil profert, cum autem Cantemyr intraret, «bene venisti,» inquit, «princeps» (chosz gieldun beg) et soli illi cæteris astantibus sedere jussit; et statim aducto Principatus Caphtan, (toga) Cantemyrium Principem constituit, anno . . . . . mense . . . . . deinde facta ad Portam relatione, Principatus confirmatio, et insignia principatus Tug et Sandziak et Kukka Cantemyrio missa sunt.

Secunda die post Cantemyrii coronationem, Seraskierius tentoria sua equos turcicos aliquot ornatus, suos satellites, et totam aulæ pompam ad servitium Cantemyrii, donec ille suos paraverit, mittit, et incarceratos barones sub custodia illi reddit. Qui ad pedes Principis convoluti, veniam supplices rogant, se non sponte, neque maligno animo, sed a Principe dominatore fuisse coactos et missos, equidem sub pœna mortis si mandata detractaverint, obstrictos; adversus illum tot tantasque injustas accusationes protulisse. Quibus Princeps respondet: «Se scire illos coactos, et illius Principis man«dato, atque forte etiam diversis multisque pollicitationibus victos «venisse, nihilo tamen minus, si initio sui Principatus clementia pri«mum in peccantes uti opus fuisset, talem illorum excusationem, as«similasset excusationi Protoplastæ Adami, qui uxorem sociam culpa«bat, et illa se a serpente deceptam excusabat. Qui a Deo licet cle«mentissimo, tamen non sine mortis pœna evasere.» Compositis cum Seraskierio négotiis quæ ad Status Principatus pertinent, et jam ad sedem suam eundi facultatem petituro Principi, Seraskierius, ex mandato Sultani, Principem debere filium suum, et cum sex primi ordinis baronum filiis, Constantinopolin obsidem mittere, aliter aulam non posse Moldavis credere, qui nuperrime cum Polonis arma junxerant, et ad *(sic)* Petreczeiko a Rege Poloniæ misso adhæserant, nec non multa nefanda facinora adversus Budziak et suæ Majestatis Sultaneæ copias, fecerint. Princeps nullo modo hujus mandati remedium invenire potest, licet diversi mode Seraskierium tentaverit, quin Antiochum filium natu majorem tum decimum et quintum annum

www.dacoromanica.ro

agentem cum aliquot Baronum filiis Constantinopolin mitteret. Post filii expeditionem, Princeps quoque accepta a Seraskierio facultate, versus Iassios proficiscitur. Dum Galatium pervenit, primo sub Demetrii tyrannide fugitivos in Transylvaniam et in Poloniam aliasque in partes dispersos Barones et regni habitatores, ad loca sua reducere curat, et præcipue illos, qui vel ante, vel cum Petreczeico exeuntes in Polonia vitam tolerabant. Qui accepta Cantemyrii ad principatum evectione, omnes nulla interposita mora, ad eum convolarunt, quos princeps benigne acceptos, quemlibet juxta suam conditionem, officiis, et ordinibus adaptat. At turbatæ undique, et commotæ erant res Moldavicæ, provincia tot Tartarorum et Polonorum, Cozacorum cursitationibus penitus fere devastata, et in desertum redacta erat. Iassiis exceptis monasteriis, et principis aula, omnes domus combustas, et cives in vicinas regiones dispersos dissipatosque invenit, qui intra trium mensium spatium omnes ad loca sua sunt reversi, et provincia veluti ex sepulchro ad vitam revocata, hilariorem vultum accepit. Deinde militem utriusque ordinis conscribit, ordines juxta sibi notas (ut veterano militi) regulas distinguit, ordinatque, depopulatores fugat, capit, alios etiam latrones mortæ punit, itaque statum dominii tranquilliorem intra paucos dies reddit. At inter barones, qui in Polonia se cesserant, præcipuus erat Miron Costin sub Duca magnus logotheta, hic licet ex serbis parentibus, (qui non multo ante in Moldaviam venerant), majoribusque descendens, brevi tamen spatio temporis, ad tantam in Moldavia apud Principes honorem, familiæ cum aliis commistionem, pagorum et omnium possessionum pervenerat, ut nemo fere inter Moldavos. Præfatus Miron, neque literarum erat ignarus, Latinam linguam, Polonicam Ruthenamque calebat; primus qui ex Moldavis Baronibus filios in extera Dominia ad scholas instruendus misit, (Chronographumque Moldaviæ post Urekien Vornicum ad tempora usque nostra, sine ad mortem suam continuavit, equidem satis probe, et ab adulationibus parum tractus. Hic inquam, cum Cantemyr Princeps, a Duca principe insidiaretur, et mortifero odio prosequeretur, quando sub Viennensi expeditione Cantemyr a Tartaris, ut mentionem fecimus omnibus fere pecoribus et jumentis spoliatus et deprædatus, cum a Duca facultatem peteret retro revertendi, et ad Chanum Tartarorum eundi, contigit, ut ipse Miron esset coram principe, cumque Duca jam facultatem Cantemyrio dedisset, et ad osculum manus admisisset, ille, cunctis audientibus, «Celsissime» inquit Princeps, hæc «universalis quasi fuit Tartarorum in nos devastatio, omnesque magna

www.dacoromanica.ro

«perpessi sumus detrimenta; sed non omnes ita rerum nostrarum a-«more, atque desiderio fuimus affecti, ut relicto Domino, et præci-«pue in tali gravi ex periculosa expeditione, et ejus obsequiis, et «nostra redeundi licentiam petiimus, ita enim nemo fere te concomi-«tatus fuisset, quia nemo est qui non habeat a te justam causam pe-«tendis facultatis. Sed jam video nonnullos, (inter quos nunquam «Dominum Cantemyrium sperassem) te Clementissimum Dominum tem-«pore turbulento et periculoso deserentes, putantes forte te, et omnes «qui te sequuntur, nunquam in Patriam reversuros, et nobis pereun-«tibus, illos solos in suis nostrisque possessionibus remansuros. Sed «Deus supremus rerum moderator, dabit forsitan nobis quidem labo-«ribus, et periculis nostris exemptis, et incolumibus reversis, tecum «Dominii tranquillitatem atque suavitatem sentire atque gaudere, hos «autem desertores facti pudere, atque Domini suo gaudio, ut in sa-«cris Evangeliis habetur, privari». Horum suorum verborum maligno et improbe evomitorum, memor Miron, audito Cantemyrii Principatu, diu in Moldaviam reverti distulit quousque nempe omnia quæ secum in Poloniam asportata habebat consumpserat, et ad extremam rerum penuriam pervenerit, fallebatque duorum principum in Polonia detensio, Ducæ nimirum captivi, et Petreczeiki liberi. Duca quidem sperabat aut pretio aut alio modo liberationem, et secum in Patriam quasi domini sui fidelis servus, qui illum neque in tali infortunio non deseraverit, reversurum, et consequenter majores honores, et ampliores facultates nacturum, Petreczeiki autem ex parte Polonorum, in Dominio Moldaviæ confirmationem, et sic se quasi partibus Polonicis faventem; data occasione ostensurum, sed ut proverbio habetur, Qui unico ictu duos occidere vult lepores, ambobus privari; nam Duca in captivitate non multo post mortuo, Demetrius Cantacuzénus Dominium acceperat, cujus tempore Miron in Moldaviam venire extimuit, post Demetrium, ut suo loco diximus, Cantemyr Princeps factus, maligni mala memoria dicta tenebant, unicam spem in Petreczeiki Dominio per Polones constituenda alebat; sed hac quoque tempestiva Petreczeiki morte frustratus est. Mortuo Petreczeiko, Moldavis sub signis Polonicis militantibus primo diminutum fuit stipendium, postea totaliter cessavit, unde factum est, ut Miron quoque liçet Polonos semper magnifecerit, ad extremam paupertatem cum tota sua familia redactus, in Patriam redeundi cogitationes accepit; sed cum Cantemyrium Principem, (quamvis audiret, fratrem suum natu minorem apud clementissimum Principem Hetmani officio ornatum) timeret, quo se vertat niscius, tandem supplices literas ad principem dat, amnestiam om-

www.dacoromanica.ro

nium suorum dictorum factorumque rogat. Principi facile erat donare, quod illius naturæ et virtuti magis proprium erat, si quæ enim virtutes in homine virtuti studioso requiri debebit, et inveniri possunt, profecto in hoc principe omnes inveniebantur, et præcipue his æterne laudandus fuit, quod erga delinquentes ita clemens fuit, ut multi ejus clementia et patientia abusi visi fuerint, et nihil aliud magis ex memoriæ tabula obliterabat, quam inimicitias et inimicorum in se injustas et lethales persecutiones. Imperata itaque securitate, Miron in Patriam revertitur, a Principe honorifice acceptatur, omni re, et domestica suppellectile, qua deficiebat, abundantissime locupletat, duas illius filias satis ampla cum dote maritis collocat, filium natu majorem Herolaum, *(Nicolaum)* a secretis, secundum Serdar, tertium præfectum Ap*(r)*odorum, nec non filiæ suæ Saftæ sponsum declarat. His beneficiis, pro tot tantisque maleficiis Clementissimus Princeps respondet ingratissimo Mironi cujus acta in se inferius suam seriem recensebuntur. Anno secundo Dominii sui, qui est Domini .... Sultanus Turcarum contra Polonos Suleimanum Seraskierium et Chanum Tartarorum Selim Gierajum ordinat. Poloni vero, ductu trium suorum Hetmanorum, ineunte vere transacto Tigrate ad Prut sexaginta circiter collectis militibus descendunt, et ad Pagum Gojan castra metantur. Suleiman Seraskierius et Chanus Tartarorum ibidem illis cum suis ordis obviam fiunt, Poloni prout sæpissime consueverunt, visis ordis Turcarum, de provisione et annonæ carentia, et e vestigio de recepta cogitare incipiunt, ac Seraskierius expectabat Moldaviæ Cantemyrium et Serbanum Valachiæ principes ad se juxta Sultaneum mandatum venturos. Serbanus cui ipse odor Turcicus contrarius erat, pedem trahendo et in die vix horæ iter faciendo usque Iassios pervenerat, ubi filius Cantemyrii natu minor Demetrius, cum Residentibus Baronibus sub monasterio Czetaczuia dicto, ab urbi Italico (? *Iassi*) milliari distante, obviam fit, ubi Princeps Serbanus de equo descedens, copiis stare signum dat, et gratioso amplexu Demetrium osculatus, inter alia civilia complementa, addit et hoc, tribus nempe ante horis, ex castris Turcarum a Parente ejus et fratre suo boni nuntii literas accepisse, quibus significatur per horoicas Patris Principis virtutes, Polonos fuisse debellatos fugatosque, reliquos autem qui evaserant Polonis fore ad exercitium usumque juvenis Principis, in quo non minus indolis specimina, quam paternæ famæ spem illucescere, se observare. Addebat etiam, quod omnino hic ille erit gener illius, quem Parens antequam Principatum acciperet, tribus ante annis illius filiam ducendam promiserat.

www.dacoromanica.ro

His tam politice quam Hironice dictis equum ascendit, et Demetrium (licet renitentem) a Dextris accipit; ita magna cum pompa per mediam urbem transiens, versus orientalem urbis partem in altissimo colle, sub monasterio Haroni Principis castra ponit; inde ab juvene Principe resalutatus, tertia die iterum versus Valachiam copias revertit, metuebat enim Seraskierium, (quamvis amicum) in Turcicis castris salutare; magna enim et Christiano Principe digna, contra Turcas meditabatur, quæ loco suo videbuntur. Sed e diverticulo ad viam. Eo ipso die quo Turcarum, Polonorumque castra in conspectum venerant, Cantemyrius quoque Princeps cum suis copiis quamvis non multis, sed selectis, supervenit. Seraskierius et Chanus, dum vident Principem venientem, illico aliquem Agam mittunt, ut ordinato castris suis loco quam primum ad illum veniret; non enim volunt consilium sive illius consultationem decernere. Dum Princeps Seraskierium et Chanum convenit, illum quid factu opus esset interrogant, hostem ulterius procedere permittendum, an quo possint modo impediendum circumdamdumve. Cantemyr «antequam», inquit, «resciretur, quæ fierent in castris Polonorum et quæ sit illorum «intentio, omnem militarem consultationem (respectu offensionis) ex «fortuna potius fieri, quam ex ratione; ideo illos debere primo de «statu inimici aliquid rescire, et deinde aut ad defensionem, aut ad «offensionem arma et consilia capienda.» Hoc consilio Princeps, magis Christianis quam suis Dominis favendo, intendebat, ut Christianos pro temporis angustia de rebus Turcicis edere (*edocere*, aut ejusmodi aliud) possit, ne vana, quam conceperant opinione, pertinacius resistentes, in gravius caderent periculum, sed lento gradu se recipientes evitarent præsentissimum discrimen. Quis Princeps, priusquam lassiis exiisset, et antequam Poloni cum copiis in Podoliam descendissent, per certos suos homines pie et Christiane monuerat, ne limites Moldaviæ ingrederentur, sed aut Camenicum (in quo debilissimum tunc erat præsidium) obsiderent, aut super Tyratem venientes Turcas expectarent, ne ingressu illorum in Moldaviam dupliciter errarent, et primo quidem, quod secundum Regis universalia notabatur, cum expeditionem contra Christi et crucis inimicos propter libertatem Christianorum et præcipue confinium et Græcorum suscepisse, et si in Moldaviam ingrediatur, non potius captivitatem, quam libertatem miseris incolis inducturum. Quia Turcæ aut victi aut victores, eandem a Tartaris habitatoribus indubitatam devastationem atque captivationem secuturam. Secundo autem, quod si transacto Tyrate, et limites Moldaviæ

www.dacoromanica.ro

intrantes, annona et aliis provisionibus facile privari. Tartaros enim succurrentes impedituros, herbas accensuros, et undique illos ferociter oppressuros, præterea, quo Poloni propinquius accederint ad Budziak, eo in dies copias Turcarum, et ordas Tartarorum multiplicari, et novo milite, quem Silistriæ Sandziako, aliisque Rumeliæ Beglerbegatus expectabant, augeri posse. Sed rex, nescio quo infenso in Moldavos, animo, Ducibus mandaverat, ut quam latius possent Moldaviam depopularentur, «ex Moldavia enim dicebat, præsidium Cameniciense ali, quod si deficeret, Camenicum dudum a se captum fuisse. Principis autem justa et invicta ratio erit, quare arma sua, Christianis unire non posset, quia filium suum cum aliquot Baronum Constantinopoli obsides dederat, ideoque nullus modus dari poterat, quin mandata Sultani faceret, in præsenti autem actione hoc solum ab illo in favorem Christianorum præstare posse, ut suas copias a Turcicis Tartaricisque longe separatas tenere, et ad pugnam non nisi ostentationis gratia educere, ne perfidiæ atque defectionis argueretur. Sed Poloni sua instituta secuti Cozacis suis jubent, ut primum castra Moldavorum invaderet, et Moldavos non aliter ac Turcas haberent, occiderent, et debellarent. Ita Cozacorum aliquot millia, cum Polonis mixta, feroci impetu in Moldavos irruunt, Princeps ad inopinatum Polonorum invasionem, vix 1500 milites e castris eduxerat, equidem non eo animo ut Polonorum progressum impediret, sed eos ab ipso præsignatas illis Turcicas partes, (in quas irruere debuerant) errasse, per Crucifera signa atque vexilla edocendum. Sed Poloni hostili animo et manu minus prudenter per campos palantes, Moldavos strictis armis invadunt. Princeps dum videt suos a Polonis infestari, et clara voce Busurmanos Moldavos increpare, suis arma capere et hostiliter venientes, hostiliter repellere jubet. Moldavi Principem secuti, inordinate venientes Polonos non solum facile sustinuerunt, sed etiam facilius dissipaverunt. Turcæ et Tartari, cum clamores prœliantium, et adversus castra Moldavorum, bombardarum, sclopetorumque strepitum audiunt; in Moldavorum veniunt succursum. Ad pugnam accedentes Turcæ et Tartari Polonorum primam aciem, a Moldavis repulsam jam, et dissipatam videntes, Polonorum castra a dorso adoriuntur, fortiterque premunt. Statis maxima vi castris, aut quæ Polonorum sit confusio, 6000 circiter Polonorum in oculi nictu prostrantur, 5000 et plus Cozacorum traditis armis capiuntur. Duces copias in castris reducere conantur, sed frustra, nam inpedito a Turcis receptu, castra deserere, et fuga salutem quærere coguntur. Ita fugatis et victis Polonis, magnam lau-

www.dacoromanica.ro

dem a Seraskierio audit Cantemyr, et Sultano totam illam felicissimam victoriam, uno Cantemyrio Moldaviæ Principi attribui posse, ex acto punctatim totius pugnæ ludio, significat, et non per suum sed per principis Tabellarium victoriæ nuntium transmitti concedit. Tabellarius dum sexta die Constantinopolin pervenit, a supremo Vesirio, recta ad Sultanum ducitur, qui et oretenus, quæ ibi facta erant, fusius exponere possit. Sultanus lectis Seraskierii et Principis literis, quis,» inquit, est iste Cantemyr, modernus Moldaviæ Prin-«ceps, nonne idem qui in Camenici expeditione atque expugnatione «exercitus mei ductor fuit.» Kyzlar Agasi, Iusuf aga (qui sub Camenico officio Haznadar bassi fungebatur,) ille,» inquit, «est Potentissime «Imperator, qui non solum ductor exercitus fuit, sed etiam cum 700 «suis Moldavis contra 7000 Polonos circiter septem horis strenue di-«micavit, et concubinas, quas mihi trans Danubium ducendas, man-«daverat, et me ab infestante hoste liberavit. Est autem talis



«Behadir strenuus heros, homo, ut vix apud Turcas talis reperiatur. «Condolendum tali homini, quod Giauur, et non Mislimanus sit.*» Tunc Sultanus respondet, «sit illi panis meus meritorius, de fide et «religione illius Deus judicet, ego autem jubeo illum, me Imperante, «illum Principatum Moldaviæ possidere,» et tabellarium toga indutum, ad Bogdan-seraj ad filium Principis mittit. Seraskierio magnis cum laudis propria manu literas rescribit, et Principem favori illius solus recommendat. Tales laudes a Sultano Cantemyrio datas graves ducit Serbanus (licet amicus) Valachiæ Princeps, et mutato amicitiæ animo, contraria Cantemyrio moliri cogitat, quod ulterius videbitur. Ab hac expeditione ad sedem suam reversus Constantinus Cantemyr

* Est Turcica phrasis

Iet megim halal olsun. Halal habet contrarium

Harun, licitum et illicitum.

www.dacoromanica.ro

Rei publicæ moderamina ad pristinum suum statum revertere aggreditur. Duci Poloniæ amicas literas mittit, quibus rogat, ut prædones Polonos et Cozacos ab incursionibus solitis conhiberi jubeat, alioquin captum militem ut latronem suspendio affecturum. Dux Poloniæ hoc aut neglexit aut sprevit, nullum latrocinia cohibenda dat mandatum, diversis in locis nobiles, et Monasteriorum Egumenos nocturnis invasionibus opprimebant capiebant, diversis et impiis cruciatibus thesauros suos et divitias prodere cogebantur, ad quorum immanitatem extinguendam, milites in diversas regni regiones distribuit, qui improvi se undique latrones adoriuntur, vincunt plurimosque capit, captos palis affigi, decapitari, et capita pallis affigi, suspendi jubet, non nullos autem, (quos nempe monasteria et sacra vasa deripuisse fractisque Sanctis Imaginibus, argentum, aurum, præciosasque gemmas ab illis detraxisse comperiisset) igni combussit. Inter quos latrones famosissimus quidam erat latro natione Moldavus, nomine Burla, congregatis octoginta, Polonis Cozacisque suburbanum monasterium Czecazujam, media nocte invadere, audet, scalis vectibusque portas frangere aggreditur. In monasterio habitantes monachi campanas pulsant, princeps militem corporis custodiam, statim ad liberandum monasterium mittit, latrones audito militum adventu, in sylvas fugiunt. Elucescente die, majorem militum copiam ordinat, latrones ut feras per montes, sylvasque persequuntur, tandem inveniunt, profligant, capiuntque omnes cum suo ductore, Burla, reliquos decapitare jubet, Burlam autem ad se adductum, interrogat, quare ille cum Moldavus esset, noluerit stipendium suæ patriæ accipere, et pro patria «contra invasores militare, sed e contra latronum alienigenarum se «ducem præbere maluisse.» (memorabile est dictu latronis istius magnanimitas, et infractus animus). Respondet ille, «quod huc usque fe«cerit fuisse propriæ voluntatis instinctum, quale autem supplicii genus «debeat accipere, neque in sua, neque in principis potestate positum «esse,» ad hæc dicta admiratur Princeps, et «Quomodo» inquit «nequis«sime, ego non habeam potestatem in te latronem, et Ecclesiarum «invasorem, ut quocunque mortis durissimo genere afficere possim.» «Non» respondet ille, «quia tu judicabis illa tantum quæ scis, mea «nefanda sacrilegia, Deus autem si esset me puniendus, longe fero«cius puniisset, neque tu potes in me tales cruciatus, et supplicia «excogitare potes, quæ æquivaleant meis pessimis actis; nam sive «decapitaveris, suspenderis, palo affixeris, et quod acerbius est, igni «(ut Euthemium meum collegam) combusseris, ista omnia momenta«nea esse scio, et quadrantis spatio post spiritus exitus omnia cessa-

www.dacoromanica.ro

«tura, neque æquum existimo Deum unico quadrante supplicii, et «solus vitæ privationis, ad recompensationem et absolutionem om- «nium meorum delictorum suscepturum. Quadraginta enim monaste- «ria, (præter alias meas deprædationes, atque homicidia) numeravi «quorum portas primus pulsavi, destrui, et sacra vasa primus hisce «sacrilegis manibus diripui. Unde considera. Domine Princeps pro tot gravibus, mortalibusque peccatis, quomodo unius horæ aut diei vel etiam anni supplicio, et unica morte pro tot homicidiis et sacrile- «giis coram Divino tribunali sim responsurus, unde tibi nunc maxime incumbit mea animæ salus; de vita enim neque precor neque dignum me existimo.» Adstabat Princeps cum toto senatu, quasi obstupefacti, et quid latroni responderent hæsitabant. Tandem Princeps illum juxta Christianorum consuetudinem ad confessarium Ecclesiamque mittit, pure et puro corde omnia et his plura alia a puerile sua ætate confitetur. Pœnitentiam spiritualem perfecte agit, deinde iterum ad principem adductus, Princeps illius animi quoad mortem infractionem, et quoad animæ salutem maximam contritionem videns, illi aliquot mortis genera proponit, quodcunque maluerit, suscipiat, ille subridens, video te inquit «princeps, me solum ut latronem puniturum, sed non etiam ut perditam animam salvaturum. Tua esto voluntas, sed si mea admitteretur voluntas, aliud ego «mihi invenissem mortis genus, quo per totam vitam singulis mo- «mentis, et non semel ut tu vis, moriar.» Cui Princeps respondet, «elige tibi mortis genus, et ego tibi faciam istam gratiam, ut mo- «riaris quomodo tu volueris. Tunc ille hilaris, salutata coram principe terra, rogo inquit piissime princeps, ut jubeas tuo carnifici, ut securem animis obtusam et tentatam inveniat, ipsaque non secando, sed frangende potius ossa manuum a cubitu usque ad extrema digitorum, et ossa pedum a genubus usque ad extrema digitorum, per integram hebdomadem paulatim diminuat, canibusque coram me devorandas tradat neque putes me his suppliciis morituram, non enim permittant mea peccata, me tam cito debitum soliturum sed ita mutilato corpore concurrente Deo usque Hierosolymas «ad perfectionem pœnitentiam agendam sum perventurus. Ita princeps ad latronis petitionem ossa ejus brachia nempe et crura frangi et frustulatim diminui, atque obtusa securi secari jubet. At patibuli locum ductus Burla hilari facie et Deo gratias agens, dextram manum solus primo carnifici conterendam extendit, abscisa dextra, carnifici dicit, «secunda die eum debere ad eum venire, et dex- «trum pedem frangere, cum carnifex tentaret, alteram manum

www.dacoromanica.ro

frangere et secare, negat ille, dicens a Principe hanc gratiam obtinuisse, ut per spatium hebdomadis sibi moriendum erit, sub longis continuisque cruciatibus moriatur. Itaque impletis hebdomadis diebus manus et pedes Burlæ in carnifice, maximo etiam spectantiam dolore obtruncati fuerunt, at magis mirabile erat, quod sine ullo adminiculo (quod a Principe vetitum erat) Chirurgi, intra spatium 30 dierum, vulneribus sanatis, coram Principe apparuerit, et «en inquit. Princeps Deus mei et præsertim peccatis meis misertus, prolongare voluit vitæ meaecruciatos; nunc rogo ut mihi Hierosolymas discedendi passales dari dignaris; facile concessit Princeps. Latro Burla acceptis passualibus, tam longum iter tali mutilato corpore suscepit, Hierosolymas pervenit ibique per triennium est (semper peccata sua coram populo confitens) moratus. Inde Constantinopolim reversus, in Ecclesiis eleemosynam a Christianis petentem, et similiter peccata sua confitentem, nec non Principi Cantemyrio animæ suæ post Deum Salvatori gratias agentem ipsi vidimus. Sed ad propositum. Rex Poloniæ non multo post, ob mortes et cruciatus suorum prædatorum in Principem infensus, octo millia selectorum militum ordinat, qui improvise Iassios invadat, principemque si possent capiant. Hujus partis ductorem ordinaverat quendam Chilliarcham Zaharuskium. Qui nocturnis itineribus per sylvas viasque incognitas cum suis copiis ad quatuor milliaria prope Iassios accesserat. Deo autem alio institutum regis revertente, casu accidit ut triginta Budziakienses Tartari per illa loca versus Poloniam ad aliquid ex confiniis furandum aut captivos capiendos transirent, qui inopinate in illas copias Polonicas inciderunt, quos Zaharouski cum suis facil-vicit, et omnes cepit, excepto unico, qui velocitate equi evasit, ille recta Iassios ad Principem venit (erat dies 23 Aprilis quo die apud orthodoxos festus divi Georgii celebratur) et non ut res erat, exponit, sed mendatium nequissimum componit, Tartaros ad mille numero in Poloniam euntes; in trecentum Polonos in tali loco, Milesin in colis dicto, incidisse, illosque prœlio vicisse, Polonos tamen dumetum aliquot sibi ut propugnaculum accepisse, indeque se sclopetis defendere; ideo dignetur, rogat, Princeps saltem trecentum sclopetarios segbanos ipso duce mittere, ut illos latrones ex dumeto ex-«pellant. Princeps cum sciret assidua talia Polonorum latrocinia, aliquot Segbanos contra illos mittit. Poloni autem cum vidissent, unum Tartarum aufugisse, facile intellexerunt, cum principi de adventu illorum notificaturum. Itaque laxis habenis ut antequam aliqua belli præparatio fieri posset, Tartarum versus Iassios insequuntur. Sclo-

www.dacoromanica.ro

petarii Principis, cum nihil tale opinarentur, vix oram Iassiis dimensi fuerant, et omnes copias Polonorum citato cursu venientes vident. Habebant hi secum et quinque tormenta levia nec tempus fuit illis se retrahendi, neque vires ita inordinati euntes sese opponendi in fugam omnes labuntur, multi a Polonis occiduntur, multi capiuntur, vix media pars salvantur, ubi Princeps inopinatum casum videt, ad veteres suas artes militares refugit, Baronibus acceptis suis uxoribus, et liberis ad monasterium Czatazuæ fugiant jubet, ipse selecto milite et aliquot suis egregiis aulicis in Lubiiensi campo persistit, cauponaribus, cauponas apertas habere jubet, et si quid ab inimicis detrimentum passi fuerint, se recompensaturum pollicetur. Mercatoribus similiter jubet ut graviores merces in monasteriis reponant, leviores autem in officinis appertis relinquant. Quo facto venientibus Polonis et priori victoria elatis, urbem ingrediendi tempus locumque dat. Centum tantum milites equestris ordinis in arce (apertis portis) in stabulis latitantos relinquit. Poloni signa principis et militem in campo longe ab urbe videntes, Principem manus eorum evasisse intelligunt, itaque ad urbis depopulationem aggredientur. Longo itinere defatigati Poloni, dum cauponas apertas, et in cauponis tot dolia grandissima vini optimi, (cujus Poloni semper avidi sunt) vident, gregatim cauponos intrant, et largo gutture forte vinum in sudore hauriunt. Dum alii ad aulæ portam veniunt et illas apertas, et a nemine custoditas inveniunt, in aula niminem remansisse rati, ad prædam officinarum convertuntur. Ita Poloni alii cauponis, alii officinis, et mercibus dediti, Princeps suis signum illos invadendi dat; primi errumpunt illi, qui in stabulis aulæ latitabant, sequuntur ab extra alii et tribus ex partibus Polonos ebrios, et in profundis cauponis potantes opprimunt, januas cauponarum super illos claudunt, alios per officinas dispersos trucidant ,multosque vivos capiunt, paucissimi, qui nondum ad fundum cauponæ (sunt enim cauponæ Moldaviæ in profundo terræ ad 15 et plus orgyarum) pervenerant, liberantur, ipse Zaharauski vulneratus evasit. Post aliorum fugam, in cauponis clausos, ut pisces ex piscina educebant, quos vivos ceperunt, secunda die princeps Polonos et Cozacos selegit, quos postea salvos ad regem remisit, quos autem inter illos Moldavos invenit, quator in partes scisos, et quadriviis suspendi jussit. Post hanc suorum cladem, Rex nunquam contra Principem copias suas mittere est dignatus, et magis Politicis literis, infensum illius animum mitigare curavit. Anno sequenti, Rex Poloniæ Ioannes, Romani Papæ pecunia adjutus, multa millia Polonorum congregat,

www.dacoromanica.ro

et per Moldaviam contra Turcicum Seraskierium Bujukly Mustafa Passà, (Suleiman enim ad vesiratus munus acceptus contra Cæsarem Dux erat ordinatus) et Hureddin Sultanum copias movet; sed antequam in Moldaviam intraret, suum Patrem confessarium, habitu incognito ad Principem literis satis politicis instructum mittit, cujus legatio tota ad duo puncta referri poterat; primum, quod si Rex Principem sua arma Polonicis juncturum, in Moldaviam ut amicus, «et non ut hostis intraret». Secundum, quod si Princeps vellet pro-«tectionem Regis Poloniæ accipere et unanimiter contra Turcas pug-«nare, debellatis Turcis expugnataque Constantinopoli, Principem «hæreditarie et Principatum successivum æternum habiturum, om-«nesque leges et jura principum a Rege immobiles, immutatasque «conservari. Ipsumque in concilio aut comitiis universalibus primam «sedem honoremque habiturum». Ad hæc adebat: «Principem debere «reminisci, vetustissimæ Eius amicitiæ et favoris cum sub suo du-«catu in Polonia servitia præstaret, eumque sibi digno honore num-«quam privasse et multis favoribus atque beneficiis accumulasse. Quæ «quasi præludia sufficientissima possent esse, ad promissionum sua-«rum confirmationem fidemque . Ad hæc Princeps «clementiam et be-nignitatem pii regis laudat, et pro oblatis promissionibus summas «agit gratias;» cæterum respondet, quis ille perditissimus hominum Christianorum fuisset, qui cognita rei venturæ possibilitate, et Christianorum communi utilitate extremam quoque sanguinis guttulam sub Christi Domini vexillo fundere negasset, sed duas precipuas se habere causas, quæ impræsenti armorum appertam conjunctionem «impediant, primam quod filium suum natu majorem apud Sultanum cum aliquot Baronum filiis obsidem haberet, secunda quod exerci-«tum Turcicum et Tartaricum numerosissimum cum novo Seraskierio contra Polonos ordinatum, et jam Danubium transisse, et Tartaros «ad Moldaviæ confinia paratos venisse. Qui si audiverint Principem «ad Regem defecisse, unico instanti totum Moldaviæ principatum de-populaturos, et præcipue quod Nurredin Sultanus sciret, a Sultano «habere talem facultatem quod si viderit Moldaviæ principem ad Po-«lonos deficere, totum regnum igni ferroque devastaret; quod si fie-«ret quis posset coram divina Majestate pro tot Christianis animabus «respondere. Unde sua majestas regia dignetur rem accuratius per-«pendere, ne tali modo loco Christianæ libertatis, æternam captivi-«tatem et extrema mala inducantur. At si Deo coadjuvante venientem «hostem profligaverit, et arma sua Christiana, (expulsis ex Budziak «Tartaris) usque ad Danubium perduxerit, se filium quoque suum pro

www.dacoromanica.ro

«Christi amore, Turcis traditurum, in præsenti autem se hoc tantum «facturum posse pollicebatur, ut Iassiis relicto aliquo prudenti barone, «occulta manu, quantum possibile fuerit, provisiones, et alia ad victum necessaria pararet, et venienti Regi daret. Quod et factum est, ut ulterius videbitur. His responsis Confessarius ad Regem est reversus. At rex aliter rem suam exequi meditatus, occultas literas ad Mironem (cujus mentionem cum Duca et Petreczeico in Polonia fuisse, et postea in Patriam reversus tot beneficiis a Principe affectum fuisse, fecimus) fratremque suum (qui illo tempore Ducis munere fungebatur) nonnulosque alios universaliter scribens literas mittit ad deserendum Principem et acceptis Moldavicis copiis ad regem venirent, se autem illis quemcunque illi voluerint principem constiturum, et maximis honoribus, atque gratiis excepturum. Miron illo tempore in districtu Putnensi, (cujus et Gubernium habebat) versabatur, cum autem a Rege tales literas accepisset, omnis beneficii oblitus, cum ipse adesse non poterat, ad fratrem suum Hetmanum adjunctis Regis literarum copiis scribit, ut seducto exercitu principem desereret, vel etiam si possibile esset, excitata in castris rebellione principem aut trucident, aut fugent. Horum consilia nefanda, non diu latuere Principem, sed accepta illorum moliminum notitia, Hetmanum quidem non deponit, neque se illorum fractionis certum esse revelat, sed jubendi facultate tantum privat ita ut miles nisi per principis edictum, ex mandato Hetmani nihil ageret. Hetmanus, cujus nomen Veliczka, cum videret se aperte nihil proficere, occulte primum peditem militem, ad seditionem movet, illis stipendia sex mensium venturorum postulare docet, aliter se sanguinem cum Turcis contra Christianos effundendum, negaturos. Hos tumultuantes præsentia sua mitigat Princeps, et talis motionis causam Hetmanum fuisse ab iisdem audit; hoc silentio supprimit, et dato militi trium mensium stipendio, dum rex quatuor horis prope Iassios accessisset, ipse Iassiis versus Prut proficiscitur. Secunda die equites ejusdem Hetmani stratagemate contraria verba sparsim murmurant. Quorum supremo capitaneo Mitre deposito, alium constituit, itaque illi quoque a tumultu cessant. Dum Princeps cum suis pervenit ad Pagum Epureni in Falcziensi districtu, convocato baronum consilio, quid sibi «patriæque magis proficuum esse existimarent Prutum fluvium ad Se«raskierium Tartarosque transeundum, an ibi pedem sistere, et regis copias expectandum. Se autem in tali casu, non solum ut princeps, «sed ut a Patriotes et commilito, pro viribus conaturum ut rectiori«bus consiliis opera adaptentur.» Omnes (excepto Gavrilicze et Cza-

www.dacoromanica.ro

bam Postelnico) aperto ore pastoreque, Regem Poloniæ expectandum potius, et Christiana arma Christianis adjungenda, quam sponte «hodie se in captivitatem Turcarum Tartarorumque tradendum. Horum omnium antesignanus, erat Veliczko de quo superius mentionem fecimus. Princeps autem et duo illi barones diversum sentiebant; non esse nimirum Imperii Turcici potentiam tam leviter et inconsiderate spernendam, neque Polonos posse uno impetu et Turcas et tam multas Tartarorum Krimensium Budzikiensiumque de «se libus suis expellere ita ut Moldaviam in talibus propinquis et «fortibus vicinis totaliter possint liberare; neque tutum fore habitato«ribus suis in locis manere, donec Budzikiensi saltem Tartari Budziacum tenebunt. Imo quod ob oculis positum periculum prospicien«dum, Tartarorum ordas non longius quam quatuor horis ab illis «distare, et adventum Principis videndum, aut illius fugam ad Polonos audiendum, ut lupi rapaces expectare. Quod si Principem in suis castris videbunt, tota auferetur ex animis illorum defectionis Moldavorum suspitio, si autem secus, intra tres dies, non solum in Epureni talia consulentes, sed et mulieres et liberos illorum de montibus sylvisque abrepturos, et tunc illos serum tardumque Polonorum «auxilium experturos. Unde tutius et securius illis esse ex præsenti periculo tum se tum omnes habitatores sua in castris Turcicis apparentia liberare, quam in incertis successibus Polonorum spem ponere. Cæterum Principem neminem ad Regem iturum impedire, se autem cum suis illo ipso die fluvium transiturum, liberos autem suos, atque uxores Baronum Putnam missurum. Itaque Principe fluvium transeunte, major pars baronum, sed secundi ordinis, et multi ex militibus transitum negantes ad regem qui adhuc Iassiis morabatur, reversi sunt. Illo die quo Princeps fluvium transibat, Sultanus Nureddin a Tartaris falso exorto rumore delusus, Seraskerio refert, Principem Cantemyrium cum omnibus suis copiis ad Polonos defecisse, et hominem, qui illum retroeuntem vidisset, ostendebat, qui eadem ex suggestu Tartarorum affirmabat. Præterea Sultanus dicebat, se mandatum Imperatoris, et Patris sui Chani habere, quo jubetur, si Princeps ad Polonos defecerit, totam Moldaviam ut terram inimicam depopulandam. Hæsitabat Seraskierius, quid esset facturus, non enim parum timebat, si princeps ad hostes defecerit, scichat enim eum hominem multis præliis clarum, et tam consilio quam manu fortem, et jam mutante miserorum incolarum fortuna, senex quidam ex Cantemyriorum familia Beg Mirza dictus surgit, et Seraskierio, Sultanoque ita alloquitur: Se certam habere notitiam

www.dacoromanica.ro

«Principem ad Prut usque cum totis suis copiis venisse. Præterea se «obsidem posse dare Cantemyriorum nunquam a Turcis defecturum, «equidem multis de causis, primo quidem, quod ille optime noverit «potentiam Turcarum, Tartarorumque, inde Polonorum per maltos «annos habere experientiam. Copias Polonicas nunquam posse Turcas «Tartarosque ita profligare, ut Moldavia deinceps securam ab nostris «incursionibus reddat, et datta hac expeditione (quod Deus avertat) «victoria apud illos manserit, sub autumno necessario ad sua reverti «et Moldaviam auxilio destitutam relinquere cogentur, nonne Princeps «considerabit quid erit de sua Moldavia, et Dominio sub Polonorum «protectione suscepto. Secundo quomodo posset Princeps et reliqu «barones, qui filios Constantinopoli habent obsides, hoc facere, et «filios suos sponte æternæ captivitati tradere, quod nemo morta- «lium etiam fatnissimus fecisset. Tertio se scire dicebat, fidelita- «tem Cantemyrii multis in locis, et multoties comprobatam fuis- «se, neque talem inconstantem et dementem esse virum, qui non «possit sibi meliora et tutiora consulere». His illis adhue disceptanti- bus, missus Principis ad Seraskierum venit, et Principem cum suis copiis fluvium Prut transiisse et post unam aut alteram horam ad- futurum. Hoc ab Seraskierio audito, Beg Mirzam ut bonum consilia- rium laudit, qui si non consilia Sultani suis compescuisset, maximum errorem fuissent commissuri, pro quo omnium capita ad portam Sultaneam respondere non valuissent. Sultanum autem Nureddin dixisse fertur: «Infidelis sua fidelitate sibi quidem maximum bonum «nobis autem maximum malum et detrimentum fecit.» Ideo nimirum, quia adventu illius, Tartari depopulatione Moldaviæ frustrati essent. At quod maxime notatu dignum erat, parum quin nobis non exce- derit. Malignitatem nimirum et in dominum suum clementem, Ve- liszci Hetmani, nequissimum tentamen. Cum copiæ fluvium Prut transirent, Princeps spectator, in alta et prærupta ripa fluminis po- sito scabello sedebat, Veliszco autem perditissimus hominem invenit, cui 500, Imperiales paratos ostendit, si inopinato principem de illa prærupta ripa in profluentem rapacemque fluvium protruderet. Homo ille primum se hoc nefandum facinus executurum pollicetur, et ad principem inter alios tumultuanter transeuntes accedit, postquam jam manus extendere vellet, quasi divina quadam voce revocatus, con- ceptæ malitiæ pœnitet, et devolutus ad Principis pedes, quid illi vo- luisset tentare ingenue fatetur, a quo inductus esset interrogatus: «Hetmanum sibi 500 Imperiales ostendisse, et hoc facinus in caput «Principis faciendum impulsum fuisse.» Pinceps jubet homini «tale

www.dacoromanica.ro

«quid silentio præmendum, et se non ausum fuisse rem perficere «tantum illi referat; alioquin si audiverit, quod Veliczko acceperit no-«titiam, quod illius malignitas Principi revelata fuerit, ipsum vita «privaturum, sin autem resciverit, magno præmio illum honoraturum «esse.» Admirabilis Principis in nequissimum domesticum inimicum fuit patientia, et animi magnitudo; ita ut nunquam illi vel verbo exprobraverit, et per sex fere annos illius hominis malignitatem viriliter sustinuit, insidiasque assiduas evitavit, quosque poculum divinæ iræ impletum in suam perniciem ebibit, ut in loco suo enarrabimus. Rex Ioannes postquam Iassios pervenit, ibi Ramandi Vornicum a Principe cum bona quantitate annonæ, et multis doliis vini invenit, fugitivos a Principe barones et milites ibidem excipit, occupatis Iassiis, a fugitivis interrogat, utrum Turcæ et Tartari audebunt in campo apparere, et manum cum Polonis conserere. Ita in annonæ abundantia; et vini superfluentia 14 diebus Iassiis moratur, longisque convivis et tormentorum explosionem Turcas Tartarosque a longe terrefacit. Sobieskius cum in suo ducatu multos penès se haberet Moldavos, et in servitiis et in militia nonnihil linguæ usum Moldavæ habebat, itaque in convivio quodam in quo Poloni cum Moldavis in mensa mixti consedebant, nonnula verba Moldava, baronibus Moldavis, illis complacendi gratia, loquebatur, tandem se Moldavicum chorum ducere dicit, et accersitis musicis chorum solus ducit, postea dicit, se cantilenam Moldova lingua composuisse, et musicos illam a se auditam cantare debere; silentibus musicis, Rex solus cantat: «Constantine fudze bine, niczi aj Casa, niczi massa, niczi draga «dzupiniasa.» Quod est: Constatine fugis bene, neque dumus habes «neque mensam neque charam dominam.» His cantatis copias versus Prut movet, et transacto fluvio occidentali ripa versus Budziak proficiscitur, at fatalis est locus Christianis armis. Vale Strimbei, (i. e. vallis perversa) unde et Conicky in dissipationem abivit, et in hac, secundaque expeditione ipse, et ibidem Rossiacas copias receptui canere vidimus, ubi dum cum suis castris pervenit, Turcæ et ordæ Tartarorum castra fortiter cingunt, opprimuntque herbam in circuitu longe lateque comburunt, pabulatum exeuntes capiunt, aquam venenatis herbis salis Tartaris inficiunt. Castra sequentes cum provisione currus diripiunt, et tam fame quam tabifico morbo Poloni et jumenta in dies consummuntur, neque progressum, neque recessum dirigere possunt. Princeps autem cum videret, Regem cum totis suis copiis periclitare, et ad extrema fere redactus, zelo Christiano ductus, per certum hominem significat, «ne plus eo in loco moretur,

www.dacoromanica.ro

«plures enim Crimensium ordas (quæ nondum pervenerat) intra quatuor aut quinque dies superventuras, et relicta orientali fluminis ripa quæ usque in Poloniam tota campestris est, relicta, ad occidentalem transeat, et inde ad sylvas, montesque properet, «ubi Tartari non possint illumun dique infestare; itaque structis agminibus, et ligatis currubus, sese defendendo, salutem suam suo«rumque quam primo qurœat, et beneficii, Christianique servitii memorem esse, neque alia vice solis Polonicis copiis, per Moldaviam «ad Budziak venire audeat. Interim summas agit gratias pro honore, quem illi Rex composita et concinna cantilena exhibere dignatus est. Dominam enim profecto fatorum jussu jam dudum non habere, sed domum Regi hospitium et mensam Regi præparatam reliquisse, «si autem in aliquo defecerit, id non voluntati, sed impotentiæ et incommoditati adscribere dignaretur. His negotiis Rex a principe acceptis, non difficulter salutari consilio obedit, et secunda die castra revertit, in fluminis transitu multos quidem perdidit, sed non cum dissipatione, eo quod Turcæ et Tartari, de illius in alteram partem transitu prius minime opinantes, quo illorum transitum impedirent non habebant. Omnes enim tum Turcicæ quam Tartaricæ copiæ in eadem orientali ripa diffuse castra sequebantur. Trajecto flumine et per Iassios transiens, rem neque regiam, neque Christianam, aut fieri jussit, aut facientes non cohibuit; nam totam urbem incendio dedit, et monasteria combussit, Poloni et sacra vasa sunt deprædati, interim et reliquias Sancti Ioannis novi, magno cum gemmarum pretiosarum aliarumque argentearum aurearumque suppellectilium secum abstulit, et ipsum metropolitam impium militum facinus coram exprobrantem, et clementiam præcantem, secum captivum, ducere jussit. His a Principe auditis, maximo animi angore afficitur, literas deprecatorias aliquot pro redendis saltem Ecclesiasticis rebus mittit, sed frustra, excusans se Rex hujus facti non habere notitiam neque in tali tumultu spoliatores, (cum ipse sanctum, et illius Thesaurum in suis currubus portaret) invenire posse, cæterum in Poloniam perveniens exquisiturum et justitiam facturum, quod nunquam fecit, Princeps cum nihil literis proficere videret, castra Regis cum suis et aliquot Tartaricis copiis usque ad Sireth fluvium persequitur, innumeros fere capit, per sylvas et remota ut fugientem venatum adoritur. Rex ad extremum periculum veniens, beneficio Turculeci Moldavi noctu desertis castris, fugam cum 300 hominibus capit, itaque per devia in Poloniam evadit. Duces qui cum castris relicti erant, submersis in quodam lacu tormentis, partim dissipati, partim

www.dacoromanica.ro

se se defendentes, multo cum minori numero tandem evasere, plus quam 25,000 Polonorum in illa expeditione capti aut occisi fuerunt. Princeps Iassios reversus, urbem restaurare, domus ædificare, et fugatos incolas congregare aggreditur, nec non fugitivos ad Regem barones, data venia, recipit; et talis fuit finis illius Regis expeditionis. Post regis exitum ex Moldavia, iterum copiarum reliquiæ, per totam ditionem superioris Moldaviæ dissipatæ et dispersæ levissime miseros habitatores, non solum bonis, sed etiam vita sub crudelissimis tormentis atque cruciatibus privabant (ut malo occursurus Princeps, primum universales scribi jubet, si qui latronum vellent a latrociniis et furtis abstinere, a Principe non solum veniam impetraturos, sed etiam pro suo ordine, stipendia accepturos, alioquin captos nullam misericordiam inventuros. Ita multi latronum a latrociniis abstinentes ad Principem supplices venerunt, et inter stipendiarios milites sunt recepti. Qui autem hoc recusarunt, ordinatis legionibus, oppressi, debellati et victi captique, diversis mortis generibus e vivis tollebantur, intra duos annos quatuor millia circiter latronum capti morte debitam pœnam luerunt. Quo facto pacatiores redditæ sunt res habitatorum, Rex quoque postea dignatus est suis jubere ut furta et latrocinia in Moldavia amplius ne fecerint.

Anno sequenti a Germanis expugnata Buda, et Beligrado, aliisque trans Danubium oppidis usque ad oppidum Szchirkioj, qui a Sophia duodecim ferre milliaribus distat, et Poloni iterum pecunia Sancti Papæ adicti, cum Czaro Moscovitarum collegationem faciunt, et Czar Petrus per suum Ducem Basilium Galiczin magnas copias contra Crimeam mittit. Interim Serbanus Valachiæ Princeps, majora quam fieri possent molimina contra Turcas tentat, nam mediante quodam Archimandrita Bosnensi, (qui avunculus Suleimani sequentis anni Seraskierii, hujus autem et Supremi vesirii et contra Germanos Ducis erat) Moscovitis arma jungere, et contra hostem communem pro Christo, et recuperando imperio Græco, firmam collegationem fecerat, equidem his conditionibus Czarum nempe non habere intentionem secum Imperium dilatandi, sed genus orthodoxorum Christianorum, et præcipue Græcorum, ex quorum manibus Turca Imperium tyrannice extorserat, ab jugo Turcico liberandum, ceteris Christianis arma sua junxisse, et contra Crimeam magnas copias jam expedisse. Quod si Deus victoriam in hostes, et Constantinopoleos expugnationem concesserit, Serbanum, ut ex sanguine Imperatorio, Cantacuzenico nimirum descendentem, Constantinopoleos Imperatorem constituturum. His diplomatibus (ut fama ferebat confirmatis). Serbanus in

www.dacoromanica.ro

profundis Valachiæ sylvis et montibus Transsylvaniæ, magnas bellicas præparationes, occulte facit, 35 tormenta bellica fundi curat, et 24 millia Servorum, Sclavonorum Hervatorumque hominum bono stipendio dato congregat. Rumor hujus Serbani commotionis, Turcas quidem et aulam Othmanam non latebat. Sed undique anxii et præcipue ob expugnatum Beligradum, totius Europei sui regni propugnaculum, et ob assiduas Germanorum in illos victorias, Thesaurique ex haustionem silebant, et simulabant, ne aliquid illis moventibus, Serbanus clarius suam defectionem, et aperta ostenderet arma, nam duorum annorum tributum jam dare non quidem aperte negaverat, sed paupertatem habitatorum execusans, distulerat. Serbanus autem cum sciret Cantemyrum Moldaviæ Principem non solum sibi intimum amicum, sed et re, et nomine in rebus bellicis clarum, per certum hominem, eundem ad suam opinionem contrahere tentat; sed Cantemyrius, illi non minus graviter quam pro modulo præsentis rerum status, prudenter respondet: «se et fide et animo Chrstianum esse, «et millies in castris Christianorum cum Christianis malle mori, quam «Tyranno Turco serviendo feliciter vivere, dum modo sciret, aut sal«tem opinabiliter comprehendere posset, suis armis et colligationibus, «primo patriæ postea reliquis Christianis libertatem nancisci posse. «Rationem autem hujus rei certum et indubitatum exitum, felicem«que successum non admittere et imprimis quidem quod Germani «licet semper in Turcas victores, et prope Sophiam, arma Christiana «extendissent, sed magnam esse inter illos Valachos, et Moldavos «distantiam, Tartaros autem tam Crimenses, quam Budziakienses ha«bere vicinissimos. Si non «inquit» defectionem declaraverimus, et a«pertis armis aut adversus Budziakienses Tartaros, aut adversus Tur«cas cis Danubium in Dobrudzia habitantes sumpserimus, etiamsi illa «expeditione Germanos victores fore, et nos has partes usque ad «montes Hemi infestis armis subacturos, non sequi tamen eodem im«petu et Tartaros ex Budziak expelli, et Constantinopolin expugnari «posse; itaque veniente hyeme quemlibet ad sua hybernia reverti de«bere, et ad venturam expeditionem se præparare. Hoc facto, hyeme «quid Tartari Valachis et Moldavis malifacere non possent, et neces«sario harum provinciarum extremam desolationem, atque miserorum «subditorum interitum imminere. Auxilii a Rossiaco imperio sperati, «eadem fere et ratio; neque enim possibile arbitrandum, Ruthenos ex «suis limitibus, et præsertim hyberno tempore, auxilium et suppetias «periclitantibus Moldavis, et Valachis, tempore opportuno mittere «posse, ideoque consultius esse dicebat, hujus quoque anni expeditio-

www.dacoromanica.ro

«nis finem constanter expectantum, et nullam Turcis in illos furorum «emittendi occasionem præbendum, anno autem venturo, quod si de- «bellatos, in Crimea et Budziako viderint Tartaros (quod unicum est «solamen et infallibile indicium liberationis harum provinciarum) et «Germanos suas copias in Beligradi regionibus ad hybernia ordinasse «prima æstate totis viribus, copias quoque suas unire, et contra com- «munem hostem movere.» Talia consilia parum placuere Principi Serbano, maturius quam ratio et temporis necessitas postulabat, res suas promovere volens, quod licet non detestabile esset, in Principe Christiano et zelo divino impulso, sed non ita laudandum, in rem optimam, tempore non apto aut inutile inchoante. Hic accessit alia concipiendæ contrarietatis causa. Serbanus inimicam cognoscebat familiam Russetorum, (quorum tres fratres Constantinopoli, duo autem in Moldavia habitabant), ob antiquas et inveteratas inter Russetos et Cantacuzenos dissidias. Unum illorum natu majorem Michaelem vi pecuniarum in Chium exulem fecit, reliqui duo Constantinopoli latitabant, ita volebat et illos duos, qui erant in Moldavia, aut truci- «dare, aut inde expellere, et præcipue Georgium, cumque amicitias profiteretur Cantemyrio, primo per literas petit, ut Georgius Rossetus, illi traderetur. Princeps cum hoc neque Christianam pietatem, neque principatus honorem pati posse illi respondisset, se a prædicto Georgio maximam pecuniæ summam accipiendam habere, et misso legato petiebat *(sic)*, aut pecuniam aut debitorem sibi dari. Georgius licet sub fide obsedium *(sic)* esset liber, tamen audito legati adventu, fugit et Constantinopolin se recipit. Hac occasione Serbanus in Cantemyrium aperte infensus, jactabat se hanc ignominiam sine vindicta non relicturum, et ostensurum quid fidelitas, quidque pecunia in aula Turcica valeat. Quam ob rem primo statuit, ut occulta manu, pecuniarum vi ex parte aulæ, et præsertim corrupto Seraskierio Mustafa Pasza, Cantemyrium deponendum, et alterum ex suis consanguineis aut amicis in Moldavia constituendum. Dum Seraskierium magnis pollicitationibus tentat, ille pecuniæ avidus ad Portam refert, aliquas leviculas causas in Principe Cantemyrio, (cujus servitia tam recentia quam vetera, etiam Turcarum parvulimi decantabant,) notare conatur, et addit, quod hoc sibi relatum fuerit a fidelissimo aulæ servo Serbano, Valachiæ Principe. Aula cum certam haberet Serbani defectionem cogitantis et rebellaturi notitiam, e contra dissidia et contrarietates inter principes, Cantemyrii fidelitatem atque constatiam affirmare dicebant. Itaque Cantemyrius etiam pecuniis Serbani invictus manet, et Sultanus ad Cantemyrium occulta man-

www.dacoromanica.ro

data dat, quod si posset Serbanum capere, et ad Portam mittere, ipsum quidem Valachiæ filium autem suum, qui in aula obses erat, Moldaviæ principatu honoraturum. Quod negotium Princeps Cantemyr, multis de causis suscipere recusavit, se talem præpotentem «hominem solum capere non posse excusans. Ita inter principes occultis ardentibus inimicitiæ igniculis, Serbano contigit repentina, et insperata mors, cujus casus modum a domesticis postea sic accepimus.

Postquam Serbanus Princeps, cum Rossiaco Imperio res suas modo quo retulimus composuit, et quæ ad bellum contra Turcas in futuram æstatem erant necessaria, omnia abundanter paraverat, voluit aulam quoque Cæsaream, sibi faventem habere, itaque fratrem suum Georgium Cantacuzenum, legatum ad Cæsarem Leopoldum mittit, qui negotia sua tractaret. Expedito legato, frater illius Constantinus, et nepos ex sorore Constantinus Brancovanus (qui post Serbanum in principatum successit) cum videret Serbanum Principem, ab incepto, desisturum *(sic)*, et ventura æstate omnio bellum contra Turcas indicaturum, ut imbelles, et effœminati homines, parumque de tota republica Christiana solliciti, multisque modis hoc Principi desuadere conabantur, et ne ita præcipitanter, et sine me«liori consideratione rem tam difficilem atque arduam inchoaret, an«tequam Ruthenorum res adversus Crimeam, et Germanorum alio«rumque Principium collegatorum in alias Turcicas partes, ad quem «finem pervenirent, melius prospiceret, neque sua causa totam Valachiam, et potius liberos uxoresque suas in infidelium prædam daret.» Serbanus autem illos pusillanimitatis et molitici arguens, «se Deo adjuvante, sperare, dicebat,» ventura æstate arma suanon nisi «sub Adrianopoli sistere, cumque certum habeat, 200000 Ruthenorum et Cozacorum Boristhenem transituros, et ipso duce, Danubium in Thraciam transituros; si autem Deus Paganis, ob sua occulta ar«cana, favere maluerit, sibi cum tot principibus Christianis, Christo «militantibus, mori suavius esse, quam mille annos sub Turcico jugo etiam in principatu vivere.» Frater et nepos immobilem, et immutabilem Principis mentem videntes, illum dolo, de medio tollere decreverunt, itaque in quodam convivio domestico, veneno fuit infectus et mortuus. Mortuo Serbano Constantinus Brancovanus, ut unicus Constantini Cantacuzeni facinoris conscius. artibus ejusdem Constantini fratris defuncti, ad principatum eligitur, et deprædatis defuncti thesauris, illis suum dominium in aula Turcica confirmavit, uxorem ejus et liberos per annum sub firma custodia tenuit, tandem

www.dacoromanica.ro

Veterano Generali in Valachiam intrante, ipsam et totam familiam Serbani, de manibus ejus eripuit, et in Transylvaniam ex mandato Cæsaris transportavit. Constantinus autem Brancovanus qualem finem dederit, et justa Dei judicia quomodo effugere non potuerit, in vita illius videbitur : at hinc redeundum, unde digressi sumus. Elapsa in Transsylvaniam Maria Serbani uxore, ad Principem Cantemyrium, pro confirmandis sponsalitiis filiæ suæ Cassandræ cum Demetrio filio suo natu minore, certum quendam hominem mittit, quod Cantemyr non recusat quidem, sed rei impossibilitatem proponit, eam nempe sub protectione Cæsaria existentem, filium autem suum Constantinopolim mittendum paratum habere. Cæterum cum ætas utriusque adhuc tempus postulet, (erat enim Demetrius tum 12 annorum et filia septem) Deum procuraturum, et possibilitatis quoque modus inveniatur. Mortuo itaque Serbano, Brancovanus successor, primum amicitiæ, et bono vicinitatis speciem principi Cantemyrio per missos a se legatos mittit. «Suam electionem communi consensu,» (licet illo diu hoc renitente et recusante) «factam, et præcipue hoc di«vina providentia ordinatum, ut sua præsentia, totum genus Vala«chorum ab imminenti periculo, extremaque pernicie liberaret. Nam «si defunctus Serbanus adhuc sex aut tres menses supervixisset, a«perte contra Turcas rebellasset, et consequenter malum quod ne«que cogitari potest, omnibus habitatoribus intulisset. Se autem ad «extremam sanguinis guttam, aulam othmanicam haud deserturum;» (Prophetizando quasi dixit miser, hoc enim et contigit; quia in ipsa aula extremam quoque guttam sanguinis tyrannico gladio profudit), «cumque sciret, suam fraternitatem et ætate et principatu seniorem, «nec non probatæ fidelitatis apud Aulam, vellet concorditer, et amice «tam ipsi, quam subditi illorum virere et conservari.» Ad hæc Princeps Cantemyr, ut moris est per suos legatos, breviter respondet : «Defunctis quidem Deus æternus largiatur possessiones, successores «autem, ut suam Celsitutidem, in Dominio confirmet, stabiliatque, «seque semper bonum, et quietum vicinum habiturum sciat, dum«modo S. Celsit. eandem tranquillitatem utriusque partis conservare «vellent.» At non diu hanc promissam custodivit Brancovanus, primamque inimicitiæ conflandæ causam invenit, quod Georgium Rossetum, Constantinopoli in Moldaviam reduxerit, et fratrem suum Lascarium Residentem in aula Sultanea constituerit, «neque illos «inter se posse certam insuspicatamque amicitiam, quousque tales «homines, (capitales nimirum Cantacuzenorum et antiquissimos ini«micos), in suis servitii haberet; ideo si vellet suam potius ami-

www.dacoromanica.ro

citiam et fraternitatem, quam quodlibet servitium illorum hominum, eligere consultius sibi cogitasset, alioquin, se non posse illos nequissimos, ubicunque et sub cujuscunque protectione fuerint, non insectare, seque probe scire, quod si illis occasio daretur, omnes illos in aquæ guttula submergendos non dubitaturos.»

His inconcinnis et spontaneam inimicitiam spirantibus dictis Cantemyrius ex more suo respondet : «Quid antehac inter Rossetos et Cantacuzenos factum aut dictum fuerit se nescire, neque illius scientiam ad se pertinere, post modum autem, siquidem Russeti ad suum servitium accessere, et protectionem illius rogavere, nihil quicquam illos ex se movere, aut aliquid contra suam dominationem «moliri posse, quod si fecerint, ut rei et inquieti homines punien«tur; præterea hujusmodi conservandæ amicitiæ modum non esse a«lium quam illum quo Philippus Macedo, cum populo Atheniensi constituere vellet, expulsis nempe Publicam constudientibus (sic), ut pastor expulsis canibus, se ut lupus gregem ovium, et stabulum invadendi facilitatem, et securitatem nancisci, sed quod bonum vicinum, et præcipue Christianum principi decet, esse illud, ut primo suis rigurose mandet, ne in confiniis aliquas seditiones, et contra«rietates conflent, et si qui hoc tentaverint, exquisita causa, ut ho«mines populi perversores et turbatores puniat. Ita quæ in Aula «Sultanea geruntur : Residentes nimirum uniusque principatus. fra«terne, et amice se gerant, mutuis viribus se invicem adjuvent, neque aliquid præter mandatum sui principis in defectum, aut damnationem alterius tentare audeant ; ita enim custoditis cujuscunque «terminis, et propriis negotiis, sperare, nunquam contrarietatis aut hostilitatis ansas præberi posse.» Sed inquietus ad hæc Brancovani animus, primum aliquot Barones Moldavos, inter quos primi erant Miron, et frater illius Veliczko, et duo filii Gavrilici, (senex enim Gavrilici non multo ante vita functus erat,) quibus per certos homines informat, quod si vellent Cantemyrium depositum hoc a porta facillime impetraturum, et quantum magnam precuniæ summam porta exigeret, se illam daturum. Principem autem quemcunque illi voluerint eligere, idem sibi placiturum, his fomentis Brancovani. stultescunt non nulli Moldavi, sed detecta per Basilium Gavrilice illorum molimina. coram fatentur, et instinctus Brancovani et omnes illius promissiones Principi sigillatim revelant. Hoc a Principe audito, illis quidem veniam dat, et sub stricto juramento obligat, ne quiquam de tali re inposterum dicto, aut verbo indicent : se enim res suas hostiumque suorum divino judicio permitere, neque vin-

www.dacoromanica.ro

dictam sumere, aut illos debita pœna affligere velle. Hujus autem factionis detectio ita accidit, postquam Brancovanus per Mironem et fratrem ejus Veliczko, Gavrilicæ filios, quatuor, (quorum natu major Basilius erat) eorumque alios consanguineos, ad suam opinionem pellicerat, voluerunt, alios etiam Principi propinquiores seducendum tentare. Inter Principis consiliarios, erat Stephanus quidam natione Czerkassus, officio, magni stabularii, sed homo Deum timens, et cunctis principibus fideliter serviens, in conviviis aliisque conversationibus facetus, sed moderatus, et cautus. Cum hic apud Principem non parvam haberet auctoritatem, et continuam in aula, et mensa principis assistentiam, per Basilium Gavrilica conati sunt illum quoque ad suam malam partem contrahere, putantes, quod si illum consentientem habuerint, eos posse omnia principis arcana per ipsum rescire, et ita cautius in sua perficienda malignitate procedere, hunc inquam cum sciret Basilius Gavrilica, hominem Deum valde timentem et religiosum, die quadam ex aula exeuntes, ad eum conversus inquit, «jam dudum Domine nos ad prandium aut cœnam tuam non vocasti, an quia Principis favorem plus quam alii adeptus fueris, nos nunc despectui habes, et flocci pendes? Minime hoc «fieri potest, „inquit," sed non fui ausus vos homines, et barones «multis reipublicæ negotiis implicatis, meis tenuissimis, et pauperibus excipere conviviis, sed si placebit, me etiam in hoc prandio te tuosque fratres, pro meis facultatibus, suscipere, optarem, quod «mihi maximus honos existimaretur. „Basilius autem, «nunc, inquit, se in prandio quidem adesse non posse, ad cœnam autem tertia noctis hora, (tempus enim hybernum erat) omnino venturum. Adveniente nocte, Basilius juxta datum verbum ad Stephanum cœnandum, solus it, ad cœnam accumbentes, largius vinum studio bibit, patremque familiæ bibere cogit. Ita ad hilaritatem ducti, verba tentatoria vino immiscere incipit, sed hæc a Stephano surda quasi aure audirentur, ac quasi non intellecta, talia dicteria in alium sermonem transmutare conatur; post autem cœnam, in potionem Coffe (juxta consuetudinem) semotis aliis, Basilius apertius, clariusque illi dicit, se verbum toti reipublicæ proficuum dicendum, illique revelandum habere, quod si jure jurando illi promisisset, se nemini illud revelaturum, ipsum tale arcanum, exposuisset. Stefanus cum nihil contra principem, sed aliquod aliud ad communem utilitatem pertinens, ab ipso audire putaret, nunquam, „inquit," nemínique, nisi ex illius permissu revelandum, jurat. Tunc Basilius notum sit, „inquit," tibi frater. Principem nostrum intra paucos dies, ex

www.dacoromanica.ro

principatu depositum iri, et nescio quem alium novum principem a porta venturum; ideoque hoc tibi revellavi, ne incautus ob nimium hujus Principis in te favorem, in novi Principis odium innocens incidas; principem enim imposterum in sede stabiliti non speres, magnos enim, qui illum persequuntur inimicos habet, et jam portam illius depositionem decrevisse. Cum hæc Stephanus Czerkiessus a Basilio audit, sed talia verba siquidem tibi certa habentur, retulisti ea Domino Principi, sive alteri ex suis consiliariis; hoc enim magis principi revelandum erat, quam mihi; Servi «enim fidi in hoc consistit fidelitas, ut non solum sibi commissum o-«pus fideliter exequatur, sed insuper Dominum omnibus vivibus ab «hostium inimicorumque moliminibus certum securumque redere! Basilius cum vidisset Stephanum, non eo quo ipse intendebat, sed longe alio et diverso animo verba illius accepisse, revelationis factæ statim pœnitet, et quod serio dolo declaraverat, jocato obtegere aggreditur et primo se joco illi voluisse terrorem incutere, Stephano, «etiam joco audita si vera sunt, quæque ad principem pertinent, «omnia principi aut consiliariis referri debere, et caput enim et honorem principis, neque joco aliquid sinistri patiendum; dum immotum animum Stephani Basilius videt, se inquit «principi dudum hoc retulisset, inquit, «sed cum juniores quoque illius fratres, ut «stulti, et a senioribus dementati, hujus factionis conscii essent, se «timuisse, ne princeps suæ clementiæ et naturalis bonitatis oblitus, «durius aliquid in illos animadverteret, et se fratrum traditor et occisor existeret.» Stephanus, non ita, inquit, Domine Basili, sed «Principis vita, semper fratrum et præsertium malorum, vitæ præponenda est, at ego tibi juravi, quia verba tua non ad vitam et «honorem principis, sed ad aliud privatum publicæ negotium spectare putabat, ideo neque perjurus tibi putandus ero, si a te audita verba Principi referam.» Basilius jam imposterum facinus celari non posse videns, siquidem» inquit, ita est, ego solus hæc Lupulo Bogdano» (Principis gener hic erat et officio tunc magni Spathari fungebatur) omnia exponam. Optime, inquit Basilius, sed vellem te hæc illi me præsente et audiente, exponas, ne me sciente et «silente ab alio priusquam a me talia audita esse videantur. Itaque quinta hora noctis utrique surgentes ad hospitium Lupuli Bogdani veniunt, quem de somno experge facientes, Stephanus, Domine,» inquit, Spathari, digneris a Domino Basilio, quædam verba audire, «quæ mihi in hac cœna aperuit, et ut tibi eadem referat, adduxi, «de cætero vos scitis.» Auditis a Lupulo iisdem, quæ Stephano re-

www.dacoromanica.ro

tuleral. summo mane Lupul Basilium ad Principem introducit, et superius dicta sunt, Brancovani Valachiæ Principis, ex verbo detexit.

Miron, et frater ejus Veliczko, dum alios socios ad incepta frigidiores et quasi rerum inter se colloculatum obliviscentes, observant, ne illorum factiones aliquomodo principi patuissent metuentes, se ante alios purgare volunt, et Miron quidem ex Putna (est aut. Putnæ districtus Valachiæ confinis) ad Principem scribit, ac si per certos suos exploratores audivisset, Bucurestii, non nulla verba de ejus depositione inter vulgus spargi, imo nomina quorundam baronum a Principe defecturorum, proferri, cæterum qui sint illi barones certam non potuisse accipere notitiam. In rebus suis inchoandis semper tardus. et gravissimus senex, justæque vindictæ semper clementiam præmittere assuetus Princeps, Myroni quidem respondent, illum optime fecisse. quod de hisce rebus se certum reddiderit, ceterum omnem diligentiam impendat. restare, ut nomina etiam illorum factionis participum addiscere conetur, suam autem depositionem, aut in principatu durationem non ita curare, ut tranquillitatem subditorum et vicinorum suavem conversationem; si qui autem harum rerum essent, aut esse vellent perturbatores, esse Divinum oculum cuncta cernentem, qui cuique, tempore suo, retribuet secundum opera sui cordis. Hæc itaque hoc modo sedata sunt. Anno sequenti quod est..... Rex Poloniæ iterum copias in Moldaviam movet. Iterum principem ad conjungenda arma sua sollicitat, at princeps eadem, quæ anno elapso responderat, respondet, imo se sequentis anni exemplum recentissimum ob oculos habere, dicit; nam si arma sua Regi adjunxisset, totam Moldaviam in extremam perditionem venturam fuisse, sua Serenitas certo judicare potest; ideo prudentiori posset hoc anno procedendum, ne eadem, sive pejora (quod Deus avertat) contingant. At Rex ne Papæ pecuniam frustra delapidatam diceret, circa fines augusti, (quando nimirum terra fructibus segetibusque abundat) transacto Tyrate et Pruto in Moldaviam copias ducit. Cui Seraskierius cum aliquot Tartaricis ordis, prope Stephanesti, occurrunt; sed Poloni audacter procedentes, secundo flumine usque Zagaranczam, (qui quatuor horis Iassiis distat) copias ducit; ibi ordas Tartarorum frequentiores Turcasque copiosiores invenit: nam Calga Sultanus, qui contra Polonos erat ordinatus, ad præstitutam diem non pervenerat. Dum Poloni ad pugnam se parant, Turcæ et Tartari, fugam simulant, et accensis in circuitu pratis et herbis, nullibi apparent. Hoc viso Poloni magis audacter, et largiori passu versus Budziak copias

www.dacoromanica.ro

movent. Sed dum ad præteriti anni infaustum locum Strinbam pervenit, quos fugatos putaverat, Tartaros et Turcas in campis longe lateque nigricantes videt. Tunc demum considerat se male fecisse, quod hostes ulterius prosecutus fuisset. Non defuit Principis beneficium et Christianum debitum, in succurrendo periclitantibus copiis: cum enim rex castra retro movisset, et fluvium Prut. (ut montana Moldaviæ, Polonis alias quoque salvifica caperet,) remeasset, Seraskierius Mustapha Passa, ancipiti consilio parumper in altera fluvii ripa hæsit, transeundum ne, fluvium et Regem usque in Poloniam persequendum, an Tartaris, tantum data licentia eum per Moldaviam persequendi, ipse ut victor ad sua revertatur; huic consilio sese opponit Princeps, dicens, quod si Tartaris daretur facultas. per mediam Moldaviam Regem persequendi, maximum imminere subditis periculum, qui enim a depopulantibus Polonis et Cozacis, in profundioribus Moldaviæ sylvis atque montibus. a Tartaris depopulatos iri, neque solos Tartaros, castra Polonorum, licet debilitatorum, posse spargere, et extrema strage illos afficere, ideo si proferre auderet saluberius consilium, Seraskierium ut victor, (quid enim ad victoriam requiritur quam hostis apertam fugam) non sine magna proemii spe Sakcziam revertatur. Sultanus Tartarorum siquidem nondum pervenit, (cui Tartari forte obedientiores essent) Tartaris transitum fluvii prohibendum, sibi tamen duo tantum aut tria millia Tartarorum dari, quibus castra Polonica sequatur, et si a via recta illos in aliam partem deviare viderint, inter sylvas tristesque locos, illos infestarent, prohiberentque. Suadetur itaque Seraskierius et Tartaris a transitu fluvii prohibitis, ipse suas copias versus Danubium vertit. Princeps de instituto Seraskierii Regem certionem facit, et rogat, ne permittat copias per Iassios reverti, neque miseris, habitatoribus anni elapsi stragem inferri patiatur; promittit quidem hoc Rex sed ex parte promissis stat, ex parte non; quamvis enim transacto Pruth supra Iassios quatuor horarum itinere, copias versus Cotnar traduxit, tamen depopulatores aut non prohibuit, aut illi magis Reginæ fami quam Regi obedientes, ad consueta latrocinia dispargantur. Hoc a Principe viso, Tartaris, quos secum habebat, illos prohibendi facultatem dat, in sylvis quam plurimos capiunt, ita ut incredibile sit auditu, in parte aliqua, singuli Tartari septenos cæpisse Polonos, et unum septem coreacea sua vincula injecisse. Certum est, in castris Moldavorum venientes tribus taleris unum vendebant, eo quod non haberent, quo cum illo nutriant, cum interogarentur, quomodo

www.dacoromanica.ro

unus Tartarus septem Polonos ligare et trahere potuisset, respondebat, etiam apud nos in Budziak unus *asinus* (1) septem camelos post se trahit. siquidem cameli sunt mites et obedientes: ita et Poloni in nostra præsentia, primo fame debilitati, malunt apud nos Kassa vivere. quam cum armis pugnando mori. Inter hos Polonos fuit captus seniculus quidam Ioannes Tamassauski, septuaginta quinque annorum, perpetuus miles, homo natione Moldavus. ex pago Tamass, qui cum ipso Principe. ex Moldavia ad Regem Cazimirum. ante annos 50 accesserat, et per septemdecim annos, illius vexilifer fuit. Quem Princeps redemptum in Poloniam remisit, ibi enim jam in nobilium catalogo receptus, et pago donatus a republica erat. nec non filios filiasque, et satis amplam familiam habebat. Quomodo a Tartaris captus esset interrogatus, respondet ille. novisti Princeps Clementissime, cum essemus in castris Polonorum sub Torone contra Succos, me neque quinque Suecis terga non ostendisse, et ad illo tempore semper in castris et servitio fui, nunquam accidit, ut cum fame sit mihi pugnandum, cum enim nulla superesset sine ésca vivendi spes. aliquot nos e castris exeuntes in propinquam sylvam intravimus, ubi prunas et mala infinita invenientes, quilibet nostrum arborem ascendit (nihil Tartaros in illis profundis sylvis opinantes) cum nos gulæ mitigandæ daremus operam, in trunco arborum Tartaros sedentes, arcus tendentes, et hastas quatientes inopinate vidimus, ita nos postquam ventrem pomis implevimus, descendentes manus ligandas soli dedimus. At Rex cum Cotnar castra movisset, transacto Siret fluvio. ne sine aliqua victoriæ palma in Poloniam redire videretur, versus Niamcz castra movet; est autem Niamcz vetustissima et fortissima civitas. Sed cum tales civitates, milite et præsidio munire, principibus licitum non sit; novem tantum venatores homines in arce habitabant, (suburbium enim in plano est) quam expugnandum Rex aggreditur, venatores defensionem curant, portas arcis claudunt singulis partibus civitatis, bini ordinantur, præfecto illorum, viriliter illis pulverem et spherulas suppeditante. Rex primo irascitur, postea tormenta, et bombas applicat, sed arx cum esset talis, quæ nihil detrimenti patiatur, quatuor dies regem in obsidione detinet, 50 milites, cum arteleriæ præfecto perdit, tandem misso aliquo intercessore, illo salvis animabus, armisque egredi, et arcem tradere jubet, illi sex tantum remanserant, quia tres occisi, se urbem non posse tradere, sine principis mandato respondebant. Rex principis literas per scribas

1 Ainus; quid *Ainus ?*

www.dacoromanica.ro

Moldavos fingit, et quasi ex principis mandato esset missus, arcem Regi tradendam jubetur. Simplices venatores venientem hominem a principe missum, et literas vere Principis esse putantes, arcem tradunt, dum in porta inferiori descendunt, ubi Rex sedem ad spectaculum exeuntium posuerat, binos vivos, singulos mortuos humeris portare videt, et præter hoc nihil, cum interrogaret, at ubi essent alii milites urbem per tot dies defendentes, Præfectus respondet, nullos alios præter illos quos videt novem homines fuisse, ex quibus prima die tres mortuos, et illos sex urbem defendisse, neque ad mortem usque tradidissent. si non vidissent mandatum principis ad illos adductum, miratur rex, et pudore quodam modo suffunditur, quia in epistolis suis ad collegas debebat hujus urbis expugnationis modum, et laborem notificare, itaque illos capite plecti, præter jus gentium jubet, sed ab Iablonovskio Duce liberentur et dimittuntur. Qui ad Principem venientes, referebant se non ex se. sed ex principis mandato urbem tradidisse, tunc Princeps intelligit artem Regis fuisse, et miseros venatores fefelisse. Rex postquam tali famosa expugnatione Niamzum occupat, relicto præsidio versus Suczavam proficiscitur, ibidemque in vacuis muris præsidium relinquit, et titulo debellatorum Tartarorum et duarum fortissimarum urbium expugnatarum, in Poloniam revertitur. Sed hæc fuit ultima et postrema Regis Ioannis in Moldaviam expeditio, quamvis per filium Iacobum, Ducesque ostentatiores potius (1) expeditiones sequentibus annis continuaverit.

Initio quanti (2) anni dominii sui, filium natu minorem Demetrium, duodecimum annum agentem, cum aliquot baronum filiis Constantinopolim obsibem mittit, et Antiochum natu majorem ad se adducit. Demetrium postquam Constantinopolin pervenit, licet adhuc tenella ætate, tamen tam publicis quam privatis rebus sciendi et discendi avidus, latinis literis et turcicis initium dat, cum oratoribus extraneis, et præcipue cum Regis Galliarum Domino de Satonow (3) et Belgiarum Domino Collier assiduos habet conversationes, et per parentem suum in Europeas partes, cum oratoribus literrarum, correspondentiarumque constituit commercium. Valebat illo tempore autoritas oratoris Galliæ, eo quod Gallos contra Cæsarem bellum declaraturum promittebat, neque Turcas cum Germanis pacem faciant, quantum poterat, impediebat, nec incassum, nam succedente

1) Forte quam, deest.
2 Quarti,» an «quinti?» immo quarti.»
3) Monsieur de Chateauneuf,

www.dacoromanica.ro

Kioprili Mustafa Pasza in vesiratum, majorem exercitus Germanici partes Gallus *(sic)* ad Renum traxerunt, pauci ad confinia custodienda relicti, Turcis Beligradum aliaque quæ trans Danubium occupaverent loca, recuperandi occasionem præbuerunt. Poloni sub Ducibus sub Camenico, longis tormentis, ignem fumumque ostendebant, et audito adventu Turcarum et Tartarorum, statim prudenter receptui canebant; inde intra tres circiter annos Princeps pacate, et tranquille dominium exercebat. Cum juvenes Principi utrique adhuc morarentur, beatæ memoriæ Brancovanus Valachiæ Princeps, nescio quo impulsu, Constantinopoleos Caimecamum (Vesirius enim et Sultanus Adrianopolim abiverant,) per suos Residentes falso certificat, Cantemyrium defectionem parare, et pro genuino suo filio fictum alium et non proprium ad aulam misisse, ideo primus non dimittendus, quousque de secundo certior fiat Sultanus. Illo tempore Istambol Cammacami erat Amudze Ogli Hussein Pasza (qui pace Carlovitiensi Europeis notus est,) cui dum residentes talia referunt, utrosque filios Cantemyrii ad se adduci jubet, priorem noverat, posteriorem nondum viderat, quibus adductis, statim ac natu minor in auditorium intrat; mentiti sunt, inquit, qui mihi dixerunt, illum fictum esse Cantemyrii filium, nam de majori forte aliquis dubitaret, si nesciret, de minore autem ipse testis esse possem, quia ætate tantum a Parente suo differt, alioquin vivam Parentis imaginem, gestat; nostris residentibus hoc a Pasza audito, rogarunt postea ut illis patefaceret, quis talis nebulo, talia effutierit verba? respondit ille *Dincarindassi*, i. e. frater, aut ejusdem religionis cum illo, Valachiæ Princeps. Vos autem scribatis Principi vestro, quod si vellet utrosque apud se accipere, nos illi hanc amicitiam non negabimus, neque enim toties celebrata illius fidelitas deinceps opus habet obsidibus. Quod tamen Princeps noluit, sed tantum natu majorem in Moldaviam adduxit, minorem autem, ut diximus, per triennium Constantinopoli manere voluit. Toto triennio nullum in Moldavia accidit bellum, nullæ Polonorum invasiones, ideo non nihil Principatus, et habitatores confirmantur, et pristini Status florem editurus videtur, non tamen inquieti quorundam animi internis sed non apertis seditionibus, principem (cooperante Valachiæ principe) deturbare tentabant, sed re infecta iterum ab incepto desistebant. Anno tandem.... Mustafa Passa ad vesiratum acceptus, (quem Cantemyrio faventem Brancovanus sciebat) iterum eosdem Moldavos suis promissionibus, et inescationibus corrumpit et

www.dacoromanica.ro

cum videret Cantemyrium vi pecuniæ deponi non posse, impium opus aggeri conatur. Scribit enim non ipse, sed per suorum manus, ad Miron, et fratrem ejus Veliczko, (quem Princeps officio Hetmani exauthoraverat, et supremum Vornicum superioris Moldaviæ constituerat, suffecto in illius loco Lupulo Bogdano suo genero) doceique, quocunque modo possint rebellionem excitent Principemque et filios totamque ejus familiam, nec non quosdam fideles, quorum primus habebatur Georgius Rosselus Protovestiarius. Consiliarios trucident, deinde omnes conspirantes in Valachiam se recipiant, ipsum autem etiam mille bursas in aula expensurum, et eo non solum innocentes redditurum, sed etiam Veliczcum Principem constituturum Myron natu minorem habebat filium nomine Petrascum. Principis supremum Camerarium, at suarum rerum prudentior moderator princeps, non civium sanguinis effusione, sed sua clementia Principatum confirmare conatus, ut illorum malignitatem et inveteratam hostilitatem, alio modo in bonum derivandas transmutandasque curat. Itaque filiam suam Elisabetham, Myronis filio Petrasko desponsat, et circa Domini natalitia nuptias celebrare proponit. Nequissimus autem Myron cum suis sociis nuptias occasionem principem adoriendi et nefandum facinus perficere eligit. Quod tali modo inchoat : Veliczko viduus erat, et quo plus amicitiæ speciem testificaret, filiam Paladi Protovestiari, patruelem Hetmani Lupuli Bogdani, uxorem ducendam a Principe postulat. Princeps illi facultatem nubendi eamque uxorem ducendum concedit; ubi in pago fratris sponsæ ad nuptias celebrandas congregantur, equidem omnes illi, qui ejusdem nefariæ colligationis consilii et socii erant. inter densiora pocula, Veliczcum Principem nominant et sponsam Principessam; (solent enim neonymphi principales coronas capiti imponere) neque illos imposterum debere talem habitum deponere, dicunt. se omnes ad omnia illius jussa paratos esse; inter hos erat et quidam nobilis Ioannes Czefescul (1) qui antea cum non esset illorum factionum particeps, cogunt eum quoque in hac conspiratione jurare, alioquin acerrimam mortem experturum præ nimio timore juraf miser Ioannes et fit consors illorum arcanorum.

Absolutis nuptiis, et cerebro a crapula liberato, Ioannes, quid in nuptiis et fervescente mero coactus juraverit in sobriam memoriam revocat et nulla facta mora, ad principem veniens, omnia quæ in nuptiis a perfidis locuta et faciendum constituta fuerant, clare exponit.

1) Vide. forte *Czifescul.*

www.dacoromanica.ro

His a principe auditis statuit primo juxta suum morem patientiæ locum dare, forte reliqui quoque patientia ducti, ab illa insania sese revocarent. Cæterum Ioanni omnia silentio premere jubet. Sub hoc tempus completis tribus annis, a quo filium suum Demetrium Constantinopolin miserat, iterum Antiochum Constantinopolin mittit, in cujus adventu aliud stratagema bonus Brancovanus excogitat: per quendam enim ignotum privatumque hominem, Principis residentem informat quod in adventu fratris majoris, principem quendam suum capitaneum cum selectis optimisque equis et militibus ordinasse, ut utrosque principes furaretur, et hoc esse evidens signum quod plus quam 40 equos vacuos secum duxerit, quod verum erat, nam Capitaneus, qui cum majori veneratmercandi gratia circiter 40 equos secum adduxerat, ut postea a Pasza probatum fuit. Residens principis homo parum fidus, et simplex nomine Spandonio, imposteris verbis credit, extra urbem in pago Calpha multos vacuos equos ali certo rescit, inde concludit imposteris verba esse certa. Itaque solus ut stupidus ad Caimacanum adiens. (Imperium enim adhuc Adrianopoli versabatur) occultum se ad Caimacanum habere verbum dicit. Ad audientiam privatam admissus residens, Domine, inquit, ego quidem sum homo natione mea Græcus, et in hac urbe natus, sum in servitiis aulæ, quæ spectant ad principem Moldaviæ, teneor tamen Sultano majorem fidelitatem debere. quam principi meo, ideo notum «tibi facio, principem ex consuetudine iterum natu majorem e filiis Constantinopolim misisse: et natu minorem ad se postulare, ego au«tem a certis hominibus certificatus sum, principem quendam Capi«taneum cum 40, et plus equis ordinasse, qui utrosque principes furet, et ad se ducat, unde facile conjecturari licet, eum ab Aula «defecturum Sultanea, quo facto ego cum sim illius in hac Constantinopolitana aula residens, ne in aliquod inexpectatum incidam periculum. Hoc a Caimacano audito, quendam Agam mittit, ut videret an alentur tales equi in illo pago. Quo abeunte, casu accidit ut Capitaneus ille equos, aliquantum ex via refertos, ad forum vendendos duceret, cui occurens missus a Pasza interogat, cujus «sint equi, et ubi ducantur», respondet ille esse equos vendibiles, et ad forum equorum illos ducere.» Illos Aga usque forum venditionis sequitur, quousque omnes venditantur, diligenter observat, tandem ad Paszam reversus, quæ viderit exponit. Pasza subridens, «quo modo inquit, «ille nebulo tam magna et impossibilia mendacia dixit.» Et per suas literas de proditione sui residentis certiorem fecit. Residens a suo officio depositus, et stipendio privatus, maledictis Brancovanum

www.dacoromanica.ro

singulis diebus et omnibus in locis impetiebat, a se delusum dicens, panem et honorem suum perdidisse. Dum Demetrius Constantinopoli in Moldaviam ad parentem venit, Mavrocordatus qui adhuc Viennæ detinebat, missis ad uxorem suam literis, mediante Michaele Rosseto, a Principe petit ut Demetrium filiæ suæ Hellenæ desponsaret. (Antiochus enim filiam Principis Ducæ Constantinopoli, mediantibus Callinico Constantinopoleos, et Dositheo Hierosolymorum Patriarchis) desponsaverat. Cui Princeps rispondet filium adhuc inaptæ conjugio ætatis esse, si Deus autem concesserit, Patrem filiæ Alexandrum incolumem domum suam reddire se talis hominis filiam, filio suo sponsam fore, non recusaturum.

Sub hoc tempus, Valachiæ quoque princeps, quo magis fraudes suas, et malas intentiones obtegeret, supremum suum Baronem Cornesculum Banum multis de causis legatisve, ad Principem Cantemyrium mittit, cujus negotiis aut factis aut fictis, postrema visitatione, dicit ex mandato sui principis, se debere filium quoque Principem convenire ; interrogatus quæ esset caussa tam expressi legati, ad puerum aditum, ridibundus legatus Principem suum, aliquot filias et prudentes et formosas habere, ideo vellet tales sibi generos et prudentes et formosos invenire, accepta a principe licentia ad hospitium juvenis Principis deducitur. Qui post alia brevia complementa, habeo, inquit, quid Domino meo referam, nempe Principem licet juvenem, sed libris armisque circumdatum. Unde conjecturari possumus, utriquæ disciplinæ deditum, esse. His cæremoniis finitis legatus ad Dominum suum proficiscitur. Princeps Cantemyr, juxta Dominiorum illorum consuetudinem transactis decem diebus, generum suum Lupulum Hetmanum legationis munere, ad Brancovanum expediturus jubet illi ut aliquot nobiles Baronum filios secum accepiat, inter quos unum ex factionis conjuratis. Georgium fratrem Mitræ, cognomento..... ducat. Hoc autem fecit ea de caussa. Cum enim sciret conjuratos occasionem aliquid scribendi ad Brancovanum inquirere, et non facile sine litterarum interceptionis periculo, hoc invenire posse, et cum viderint unum ex sociis suis cum legato in Valachiam discessurum, impossibile esse illos illi aut literas, aut verba aliqua non tradere. Quem postea in reversu quid in Valachiæ fecerit, examinare, quod et secutum est. Nam illi nequissimi Georgium illius legationis comitem vident, optimam nactos occasionem rati, non solum ad Brancovanum, sed etiam ad alios Barones Valachos, et præsertim ad Constantinum Stolnicum Cantacuzenum ; dant, nihil tamen in illis aperte aut male, nisi ex conjectura scribunt, cætera om-

www.dacoromanica.ro

nia Georgio referenda committunt. Princeps legato suo jubet ut certos fidesque homines, qui vestigia Georgii post quam Bucurescium pervenerit, legatum, ordinet et apud quem Valachum intraret, et an diu apud illum moratus fuerit, resciant. Quo facto post quam Lupul Bogdan Bucurescium pervenit, apud Principem magna cum pompa ductus, orationis munus dedit. Amice et politice tractatum, intra sex dies iterum remisit. 1) Georgius autem conjuratorum legatus, diversam suam et perniciosam legationem viriliter sed sine fausto successu executus, cum legato reversus est. Post quam autem legatus ad principem venit, quæ in Georgio observaverat, omnia declarat. Ita princeps Myroni et fratri suo jubet, ut se ad nuptias præparet, tempus enim quadragesimarum natalitiorum Domini instabat. Illi ad pagos suos facultatem discedendi petunt, re autem ipsa ut ad præstitum facinus arma et alia necessaria parent. Diu princeps dubitavit, utrum illos sinat in nuptiis, quando nimirum occultis armis in aula venient, an prius illos capiat, tandem decrevit melius esse illos cum essent diversi, et in pagis suis separati capere, quam in nuptiis, ne forte aliquid inter pocula et arma insperatum contingat. Ita Myron domum discedit, filium suum natu majorum Nicolaum secretarium Constantinopólin mittit. Veliczko cum esset ad pagum discessurus, ad tertiam usque diem manere Iassiis jubet. Basilium filium Gavrilicæ (qui suprenus Vornik inferioris Moldaviæ erat) ad quædam illius provinciæ perplexa negotia discutienda dat. His ita ordinatis, quadam nocte ante cœnam, accersito filio suo Demetrio, jubet illi, si ego in cœna te interrogavero, quare nemo baronum nobiscum cœnare non remanserit, et præsertim Lupul cognatus tuus, cui ego solus remanere jussi, tu mihi respondeas, ideo neminem remansisse, quia apud Stephanum Stabuli præfectum cœnandum, et post cœnam chartis ludendum invitati sunt . De diu autem mandaverat Lupulo ut accepto secum Georgium ad Stephanum cœnandum ducat, et quando vocabitur, illum secum in aulam adducat. Ita Princeps post sumptam cœnam Demetrio quare» inquit fili nullum ex baronibus, nobiscum habemus in cœna ; ille ut erat edoctus superiora respondet, Princeps quasi iratus, sed jocose mandatum scribi jubet, ut quoscunque invenerint in domo Stephani Czerkisli, aut cœnantes, aut chartas ludentes, ad principem illo momento adducant, et a singulis denos aureos Straff, mandato....

1 . Scripserat hic Princeps Demetrius: *Sed non sine veneni infectione, ab illa enim legatione hæmoptisi semper laboravit.* Hæc delevit et ad marginem notavit: *Hoc sub Principe Antiocho factum.*

www.dacoromanica.ro

accipiat. Per supremum camerarium mandatum mittitur, (propre autem erat hospitium Stephani ab aula principis) chartas ludentes invenit, salutans, mandatum illis porrigit, quo loco, eamus, inquit Lupul, fratres, aliquis prodidit nos hic chartas ludere, et principem hac cœna locum reliquisse», et statim Camerario decem aureos Straff ipse primus dat, pro reliquis ad crastinum se obsidem ponit. Itaque omnes quoscunque invenit camerarius ad aulam adduxit. Interim Princeps mandat, ut somatophylaci . . . . . clausis portis arcis, parati essent, neque intrare neque exire cuiquam permittant, custodibus jubet. Hoc facto barones chartarum lusores introduci jubet, primus ingreditur Lupul, sequitur Stephanus. Georgius in alio cubiculo remanet, illis duobus intrantibus princeps ac si iratus, in illos invehitur, «et quare tu Lupule hoc fecisti, cum ego tibi in cœna me-«cum manere jusserim, mandato non obediisti?» Lupul se peccasse» dicit, et veniam a principe supplex rogat, Stephano autem inquit, tu «non solum quod meo in favore sis, et in singulis in cœnis bene novisti me neque musicis admodum delectari, neque longis mensis et potationibus esse contentum, præterea jam duodecimus est annus a quo viduus, in hoc principatu quasi vitam solitariam agerem, neque habeo, quare ad cubiculum præsertim hisce longissimis hyemalibus noctibus, festinem, ideoque bene scis me nullam post cœnam aliam «posse habere recreationem, præter tuum colloquium, et hujus» (filium suum Demetrium indicans) «qui ad duodecimam usque mihi aliquando veterum historias voluit, et aliquando sacrum textum ex Sclavono idiomate in vernaculum interpretatur, aut sermones suavissimos illius beatissimi Chrysostomi recitat. Quare autem hoc fecistis, vobis singulis denos aureos supremo camerario mulctam dare «assignavi. Cæterum quis alter vobiscum in chartarum gymnasio fuerit dicatis. Illi secum unum tantum habuisse Georgium Apostolum. (hic prius sororem Lupuli Hetmani uxorem habuerat, sed sine prole ante aliquot annos e vivis discesserat) ubi autem ille sit Principe interrogante, adesse eum dixerunt. et quidem in majori cubiculo. Intret ille quoque princeps jubet, quo intrante Princeps «cœnam parari (quia nondum erat finita), et illos assedere jubet, post brevem cœnæ moram, juxta morem salutare principem in majus cubiculum exeunt, ex more portionem Caffæ expectantes: interim princeps Demetrio jubet, ut scriptis mandatis vigiliarum præfectum, cum Seghanorum militum cohorte ad Basilium Gavrilicæ filium et Veliczcum fratrem Myronis capiendos mittat, his ordinatis, Georgium ad se in cubiculum interius introduci jubet, et illi sic est locutus: Georgi-

www.dacoromanica.ro

bene novisti quo in honore apud me fuisti, et non solum te sed alios quoque omnis quasi filios meos paterno fuerit prosecutus amore, nunc autem quæ fuerit tantæ vestræ malignitatis, et impietatis caussa, quod in caput meum meorumque conspiraveritis, et neque Deum timentes, neque homines vereamini patricidium in me parentem vestrum et dominum mali, male cogitastis? nunc autem si mihi omnem veritatem sine tormentis, (quæ te expectant) dixeris, per vitam filii mei, quem ad stare vides, te vita donabo, et crimine solvam præterea qua legatione fueris apud Valachos, a tuis particibus functus, revelare ne procrastines, alioquin veritate ab aliis comperta, tu salvus non eris. Georgius his a principe auditis, panico perculsus terrore, perdito linguæ usu interceptoque spiritu, totus paralyticus factus, neque loqui, neque moveri de loco poterat, tandem in hac verba erumpit: Princeps Clementissime, siquidem video clementiam tuam crimina mea longe superare et ab irremisibili meo peccato superabundanti tua gratia et benignitate liberum nuntias, totam veritatem tibi revelare et sigillatim omnes pessimas nostras intentiones non negabo.» Itaque primo omnia quæ in nuptiis Veliczko constituerant et juraverant (prout et Ioannes Czifescul prius dixerat) enarrat, deinde quomodo a Myrone, Veliczko et Basilio, cæterisque sociis fuerit instructus, ut Constantino Stolnico Cantacuzeno, et per illum Brancovano referet, se nempe paratos esse, in nuptiis circa natalitia Domini per agendis in convivio armatos ingressuros, et super ipsam mensam Principem, filium ejus generum Lupulum, Georgium Protovestiarium, Alexandrum Postelnicum, et Panaiotem aliosque Principis consiliarios tricidaturos. Postea in Valachiam ad principem se recepturos, et inde ad aulam ituros., ibique mortuos fictis literis accusaturos et mendacibus, testibus, eos voluisse principatum Moldaviæ Regi Poloniæ dedituros, ed ab Sultanea aula defecturos eosque in desertores unanimiter insurexisse, et malos male perdidisse. Ad hæc responsum a Principe accepisse, quod si illi hæc acta fecerint, se ad mille usque bursas in aula Turcica expelaturum, et eos non solum ab illo facinore purgaturum, sed et Veliczkum illis principem constituturum. Dum hæc ille largo ore fatur, Princeps jubet, ut quæ dixerit, omnia propria manuscriberet, dataque illi charta omnia. tremebunda manu scribit et nomina capitum conspirantium indicat Myronem videlicet, Basilium, Veliczkum, Ioannem filium Myronis (Necolaum autem et Petrascum hanc rem ignorare dicebat). Lupulum fratrem Basilii, (duos autem illius fratres Costakium et Salomonem esse consilii participes negabat) Antiochum Joram, Constantinum Ra-

www.dacoromanica.ro

zum, qui sororem Basilii uxorem habebat et Paulum Boujoranum, ad hos adiungebat omnes cujuslibet eorum consanguineos et propinquos, sed nullius notæ homines. Hujus chirographo accepto, illo in remoto cubiculo custodiri jusso, post illum Basilius Gavrilicæ introducitur, quo ingresso, Princeps illi scripta Georgii legenda jubet, qui postquam legit in terram procidens, princeps», inquit, clementissime, ego sum novus Christi, et Domini sui proditor Iuda, si est Iudæ remissio erit mihi si illi non, neque mihi. Cui princeps, si , inquit, «bona illa parenti tuo Gavrilicæ etiam post mortem amicitia non esset observanda, (illi enim in meis præcordiis seminique suo juraveram, ne aliquis ex semine illius gladio meo moriatur) te ut nequissimum et «perditissimum hominem, hoc gladio,» (gladium quem penes se habebat evaginavit) nunc perfodissem et vitam tam crudelis, et in domi- «num et fautorem tam in gravi perduelis de medio viventium abstulissem, nunc autem dico tibi, non morieris neque manu , neque «meo jusso, modo fateris, utrum vero sint hæc omnia quæ Geor- «gius Apostoli scripsit, et tu legisti. «Vera, inquit, «illi sunt Domine Clementissime imo et alia quam plurima sunt, quæ ille aut nescivit aut prætimore omisit. Sufficientia sunt et hæc quod malam vestram intentionem, quibus et justitiam et clementiam meam exercere possim,» dicente principe, Basilium educi et Veliczcum introduci jubet , hi ambo in majori cubiculo obviantes , Veliczko, quid est, inquit, frater, quod media nocte tali modo satellitibus constipati «accersiti sumus, Basilio, se nescire dicente, transivit Veliczko, ad principem introducto, ac si nihil tale intelligeret, aut opinaret, fausta «faxit Deus inquit «Domine princeps, tali hora nos accersitos voluisse, an aliquid novi ex confiniis, aut aliis partibus advenit. Advenit, respondet Princeps , en literæ , quas accipe lege , et quid super hac re sentias dicas. Ille acceptis de mensa literis legit , sed legendo salivas diglutiendo, tremulis labiis, conscientiæ reatum arguebat ; finita lectione, licet iterum a principe interrogatur an intelligeret, quæ in illa charta scripta essent, et an cognosceret cujus manu essent scripta. Ille, miror audaci proferens voce , inquit , domine princeps, quomodo talia puerilis consentanea audire, et scire velles, eum ego putarem, aliquid publice malum superventurum, a confiniis aut Tartaris Turcisque tibi notificatum, ideoque nos media nocte vocasse, cæterum quid hic legatur, aut quis talia scripserit neque in- «telligo, neque novi», Princeps inculcat, melius attentiusque vellet perspicerè, forte secunda lectione intelliget.

Veliczko his auditis quasi iratus chartam de manu super mensam

www.dacoromanica.ro

abjicit « et rem sibi ignotam, notam dicere non posse, etiam si prin-«ceps jubeat. Tunc Princeps accepto sceptro, quod super mensam stare solet, aliquot illi propria manu, (neque fas est supremi ordinis barones nisi Principis manu percuti) impegit, post eum ad carceres duci jubet, cum esset egressus licet graviter percussus, hilari tamen facie, ad adstantes, putabam», inquit, aliquid magni momenti a me principem interrogaturum, sed non audivi nisi quædam puerelia, et a puerilis dicta mendacia, quod maxime miror tam gravem «virum, et prudentem principem his aurem præbuisse. Cum autem ridens se ad carcerem deduci. fictam illam dimittit magnanimitatem, et se apud principem verba habere satellitibus dicit, qui principi data notitia, Princeps Stephanum Stabulae præfectum ad eum mittit, quidque dicendum haberet illi dicat jubet. Veliczco nihil tamen dicit præter, quod diris maledictionibus Brancovanum Principem, et fratrem suum Myronem impetebat illosque fuisse caussam sui interitus atque totius familiæ desolationis, præterea rogat principem ut cum uxore sua clementer agat, neque omnibus bonis spolietur, multam enim et gravim alienam pecuniam, eam ob expensis in nuptiis «faciundis deberi, neque sinat princeps animam ejus alieno ære aggravari, de vita autem sua neque posse, neque debere rogare, siquidem justo dei judicio, punitum se sentiat, quando quidem suffecerit illi, inter primos Barones tertiam sedem occupasse, et apud princi-«pem, plusquam alii honoris, atque authoritatis obtinuisse, ad hæc vo-«luisse, etiam ipsum principem de scamno detrudere, et in caput uncti domini manum injicere.» His duobus in carceribus conjectis, et Ioanne filio natu majore, ad supremi Camerarii cameram sub custodibus dato, Armigerum ad Myronem (quem ante tres dies domum discessisse meminimus) cum aliqua militum manu mittit, ita ad alios quos capti conjuratos nominaverant, alios milites ordinat. Sed contigit, ut illa ipsa noctu . qua Basilii Gavrilicæ domus a satellitibus occupata ad principem eum ducere volebant, servus quidam Lupuli Gavrilicæ ad fratrem cum literis missus, domum properaret, at cum vidisset domum circumdatam et in aula domus tumultum aliorum multorum militum, ab porta domum reversus fugam per tenebras capit, et Lupulum certum facit se oculis vidisse , militem domum Basilii fratris invasisse, præterea magnum tumultum intus audivisse. Quare autem hoc factum fuerit, neque audire a quopiam potuisse, neque plus ibi morari ausum fuisse. Lupul auditis a famulo suo his, illico cognoscit fraudes, et conspirationes suas principi patuisse et ideo noctu Basilium capiedum jussisse, nihil moratus, data aliis consciis notitia, illa nocte

www.dacoromanica.ro

relictis uxoribus filiisque, in Valachiam apud protectorem Brancovanum aufugiunt, ad quos, cum pervenerint missi a principe, ante diem illos decessisse intelligunt, itaque illi liberantur in illo casu, graviori illos manente ut ulterius videbitur. Nicolaum, quem Constantinopolin profectum fuisse diximus, cum ex mandato patris diu in aliquo moraretur, licet rem perfecte resciret, in Barlad inveniunt, eumque Iassios reducunt. Qui autem ad Myronem missi fuerant, cum domum illius perveniunt, aliud Dei mysterium et justam vindictam admirantur. Nam hi mandatum habebant, ut captum sine momenti intervallo, Jassios eum adducerent, ex altera parte uxorem illius, hesterna nocte mortuam, et super mensam extensam ut Moldavis moris est, congregationem sacerdotum ex vicinis pagis expectantem vident. In mandatis Principis nihil ad Myronem scribebatur, quam illo momento quo videret mandatum. citatis equis Iassios veniat. Hoc urgentibus armigeris ille illis impietatem illorum exprobrabat, quomodo nempe posset uxorem insepultam relinquere, et ad principem illa hora iter accipere. Cœterum filium suum Petrascum, quem sponsum diximus Helisabethæ principis filiæ ad Principem expedit. illum enim secum ad pagum acceperat et casum suum lamentabilem, mortem nempe uxoris insperatam, et quod secundum mandatum non potuerit, illa ipsa hora ad principem proficisci scribit. Cœterum conscientia compunctus, penes filium aliquem fidum suum hominem tribus mutaticiis equis mittit, eique jubet, quod si audiverit, aliquos barones, aut captos, aut aufugisse. quam citius illi notitiam rei referat, ta armigeri illius lacrymis persuasi, custodias quidem occultas circa domum ponunt, neque fugiat firmiter custodiunt. Secunda autem nocte Veliczcum hora noctis tertia, ante portam aulæ decapitari in plateaque projectum cadaver suis vestimentis cooperiri jubet. Petrascus filius Myroni et nepos Veliczci, dum per totam noctem citatis equis ante diluculum Iassios pervenit, et cum recta ad aulam principis tenderet, supremus enim Camerarius erat, huic enim semper porta qualibet noctis hora aperiri licet, ante portam apud fontem cadaver aliquod videt, de equo descendit, sed cum non posset quale cadaver esset, ob tenebras, nondum diluculo illustratas, discernere, vestimenta tangendo percipit esse serica, et quidem vestimenta nova et non viles, famulus autem Myronis, quem a Myrone ad res explorandas missum modo diximus diligentius palpitando, et jam diluculo quoque super horizontem crepante : «hic est» inquit, avunculus tuus Veliczko, quid stas? Petrasco juvenis, ut labilis animæ homo, obstupescit, quorsumque se vertat inscius portam

www.dacoromanica.ro

aperiri, seque magnum Camerarium esse custodibus dicit, custodes aperiunt, ille recta ad filium principis tendit, et lacrymabundus, se miraculum pavendum, et insperatum vidisse, nempe cadaver avunculi sui Veliczci in platea ante portam aulæ jacere dicit. Demetrius princeps se quid ille diceret, neque scire, neque intelligere «respondet, sed facta die, et surgente ex somno parente, posse aliquid melius addisci. Servus Myronis postquam cadaver fratris domini sui viderat, ad Myronem revertitur, sed cum vellet, ad illum intrare, a custodibus capitur, unde venerit, et ubi fuerit. Euntem heri in aula Myronis parentalia procurantem vidisse aiebant. Famulus primo negat alicubi fuisse, postea ad sacerdotes ex vicinis pagis congregandos missum fuisse, tandem post aliquot verbera, verum fatetur, quod nimirum a Myrone fuerit cum filio suo Iassios missum et quod ibi ante portam aulæ cadaver Veliczki vidisset, et hæc domino suo referenda revertisse. Sepulta nondum erat uxor Myronis, et alia mandata, per Macri Postelnicum a principe missa superveniunt, quibus armigeris mandabatur, ut quocumque in loco illos mandata principis invenerint, Myronem illo in loco decapitarent, quod illi secundum mandatum Myroni, quæ ad animam quoque spectant suam, (ut nimirum confessarium accerset, et audito sacro, sanctam communionem participet) videat. Cum tale testimonium audit Myro, neque artium technarumque suarum locus, aut occasio daretur confitetur, sacrum audit et communionem sacram participat, deinde ab armigeris calamum, et papyrum, ut ad principem tres quatuor literas scribat, rogat. Quo impetrato, ad pricipem has literas scribit: «Clementissime et patientissime princeps, agnosco me in hoc ultimo vitæ articulo non tuo mandato, sed justo Dei judicio positum esse, ideo rogo, siquidem veniam vitæ obtinere non possum neque enim dignus sum, «saltem animæ meæ peccatum, quod in te a multo tempore peccabam, «miserearis, et peccatum animæ meæ in venturo seculo, coram divino tribunali ne exquirat, quod si exquisiveris, et corpore et anima æternum peribo; Petrascum filium et alios meos filios hujus fac«tionis inscios scias, et miserearis illis ut innocentibus.» Inde capitato Myrone in eodem cum uxore monumento conditus fuit. Veliczko autem tertia die sepeliendus uxori datus est. Et talis fuit finis horum duorum fratrum, quorum malignitatem princeps sua longanimitate spatio sex annorum distulit, illi autem eius gratia totidem annis abusi sunt. Lupul autem Gavrilicza, Antiochus Jora, Paulus Bozoranul, cum aliis minoris notæ, ut diximus, elapsi ad Brancovanum Valachiæ principem aufugiunt, quos ille bono animo esse

www.dacoromanica.ro

jubet se autem facturum pro sic morte Myronis et Veliczko, vita Cantemyrii et suorum consiliariorum redempturum, modo illi dictis, et jussis illius per omnia obediant. Ita Brancovanus aperto capitalis inimicitiæ vello, fugitivos barones multa pecunia adjutos ad portam Sultaneam mittit, suisque residentibus jubet, «ut nec labori nec expensis parcant, quousque Cantemyrius depositus cognoscat quis esset Brancovanus, quisque ille. Interim Arzmahzar falsum fingit, ac si ab omni Moldaviæ senatu, omniumque habitatorum consensu esset scriptum. conflat in quo scribit: Aliquot primi ordinis, et probate fidelitatis barones, cum viderent Principem Cantemyrum cum suis malæ partis Consiliariis, non solum populum tyrannice devexare, alios palis affigere, alios igni comburere, et aliis sexcentis diversis tyrannidis suæ modis miseros subditos cruciari, et bonis vitaque spoliari, sed occulta manu dominium Moldaviæ Polonis dedicare tentantem, illi ne hoc fecerit publice impedire voluisse, et coram Turcis Christianisque molimina, et tentamina eius exprobasse. Cuius rei ille impatiens malum suum genium consiliariorumque suorum secutus, alios baronum sæva morte e vivis sublulit. alios in profundissimis tenebris, acsi in infernalibus cruciatibus, ut bonis illos spoliet, excruciat, alii qui fuga vitam salvare potuerunt ad clementiam et justum judicem fulgide porte confugisse, justitiamque a Sultano rogare, ut Cantemyrius Princeps primo deponatur, et postea inter illos quæ sit justa causa audiatur, illo enim in principatu stante, cæteros miseros ad aulam venire cohiberi. et si qui non carceribus, detinentur, eius tyrannidem metuere, desperantes, ne quodam modo justam illi a Sultano debitam pœnam evadens, in principem confirmetur, itaque illos non solum bona, et paternas possessiones, sed cum illis et vitam perdituros. Itidem dignetur Sultanea majestas ex vicinis scisciłari, nempe Valachiæ principe et Seraskiero, (sperabat enim Brancovanus Seraskierium ad suas partes convertisse) de rerum Moldavarum statu et de tyrannide, quam Cantemyr cum suis in subditos Imperatoris immanissime exercet. Sin autem Sultanea majestas Cantemyrum exauthorare noluerit, dignetur illis aliquem locum alio habitandum ubicumque terrarum ille locus fuerit, illos autem libenter ad illum locum cum suis liberis atque uxoribus discessuros, modo a tyrannide Cantemyrii liberentur, et quod deterius est, se omnes paratos esse ad triremes condemnari, quam illo vivente in patriam redire. His et his acrioribus mendaciis instructos Moldavos Adrianopolin, ubi tum Sultanus morabatur mittit, nec non magna pecunia a Seraskiero

www.dacoromanica.ro

literas ad Supremum Vesirium impetrat, quibus ille significabat, in Moldavia, multos Boiaros (sic Turcæ Barones vocant) a principe «occisos, incarceratos, multasque in partes fugatos. Cæterum quæ «sit huius confusionis causa non dum pro certo accepisse, at accepta certiori notitia fulgidam portam certiorem redditurum.

At Princeps Cantemyr accepta notitia Baronum fugitivorum ex Valachia Adrianopolim discessisse, suos aliquot Barones mittit, inter quos primi erant Lupul Hetman, Alexander Postelnik et Georgius Russetus Protovestiarius, brevesque ad supremum Vesirium dat literas se nempe ex Sultaneo mandato latrocinia finesque et depopulatores homines ex Moldavia expellendi gratia hucusque plus quam 4000 latronum diversis mortis generibus orco tradidisse, sed cum inter primates nonnulli essent, quamvis non aperte latrones, ed latronibus faventes, conentientes hos quoque de medio tollere et principatum subditosque a talibus quieto. securosque facere, decrevisse, illos autem facta conspiratione apertis armis in ipsum irruere tentasse, quorum fraudes et molimina detecta, (ut fatentur illi qui apud se detinentur), illorum aliquot cœpisse, duos fratres conspirationis capita, et ductores decapitasse, reliquos adhuc in carceribus (ob pecuniam quam nonnullis Musilimanis debent), detentos nondum occidisse, aliquos autem in Valachiam aufugisse, et inde quorum impulsu nescire, ad fulgidam portam ivisse, ibi se justificaturos sperantes, aut ab aliis illis similibus seducti nova mala et seditiones habitatoribus excitaturos. Literis Principis a Vesirio lectis, statim Iengiczar Agasi jubet, ut illos fugitivos Moldavos, capiat et ad publicum divan adducat (erat autem Iengiczer-Agasi, Daltaban Mustafa Pasza, qui paulo post, Seraskier contra Polonos est ordinatus). Iengiczer-Agasi juxta mandatum hospitia illorum explorat, invenit capitque, coram Vesirio con titutis supplicationes illas fictas, et mendaces porrigunt, ex mendacio nullam veritatem probare possunt, ad Mufti pro Fetva relegantur. Mufti Fetva dat, qui principi ab Imperatore ordinato rebellat, imperatori rebellat, at rebelliones «in imperatorem, morte puniuntur, ergo hi rebelles in Principem «Moldavi morte puniendi sunt,» et subcribit «*Katl, Mors*» Ex Vesirii et Mufti sententia ad mortem miseri destinantur Moldavi, Deum solum adjutorium clamant, Brancovanum principem Valachiæ blasphemant, impostorem, seductorem et causam perniciei illorum «ibi aliorum autem fratrum suorum in Moldavia fuisse, per plateas ante ligatores vociferantur. Principis barones et residentes, ne talis infamia baronibus Moldaviæ, licet jute spunitis, fiat, per supplica-

www.dacoromanica.ro

tionem Vesirium rogant, ut dignaretur, illos ad principem vivos mittere ibique coram aliis, ut exemplum habeant cœteri maligni et inquieti morte puniantur. Vix hoc impetrarunt barones et concatenatos custodia firmissima Czauuchorum ad principem transmissi sunt. Quos princeps ad publicum Divan eductos, mandatum Vesirii coram toto Senatu legi jubet, ut nimirum hi inobedientes, et si qui alii his incitantes, aut consentientes fuerint, ut Sultano inobedientes et jussa detractantes, morte mulctentur.

Procidunt miseri omnes super facies, delictum fatentur, sed non ita propria ut aliena mente, seductos se dicebant a senioribus, et præsertim a principe Valachiæ ejusque consiliario Constantino Stolnico Cantacuzeno. Princeps illos per aliquot dies in carceribus detineri, (donec videlicet Czausios expediret) jubet, paucis tamen post diebus expeditis Czaussiis, iterum publicum divan parari jubet, et simul cum illis qui ab aula Turcica adducti fuerant, eos qui ibi detinebantur, educere jubet, quo facto princeps illorum factiones antequam fugerent, quoties et quoties deprehenderit certis hominibus, et aliquorum literis convincit, deinde quales injustas injurias «et accusationes in aula Othmana effatierunt, per propriam quam Sultano dederant supplicationem cœteris baronibus indicat, ubi autem omnes audiunt, factionis insciorum nomina ab illis falso inscripta fuisse, uno ore omnes, moriantur nequissimi domini, et fratrum suorum proditores», illi infelices flexis genulis per sacro sanctam Trinitatem jurant, se neque scivisse qualia nomina in illa supplicatione a Turca Brancovani principis fuissent scripta, cœterum illos monita illius et voluisse et secutos fuisse». Tunc Princeps, «judicet» inquit, Deus inter me et injustos inimicos meos, qui talia mala mihi cogitaverunt, ego autem non solum hos salvos remitto, sed et omnia bona quæ ad fiscum accepta erant reddi volo et jubeo.» Itaque in divan disruptis compedibus, domum dimittantur neque imposterum vel minimum verbum contra principem non solum loqui sed neque cogitare ausi sunt, et pacate tranquilleque, licet gemescente, et aliam occasionem expectante inquio animo beatæ memoriæ Brancovani, sed nunquam voti fuit compos usque ad mortem principis Cantemirii.

Anno sequenti, qui est..... ab aula Othmana accepto ad Vesiratus munus Seraskierio Mustafa Pasza, Daltabam Mustafa Pasza ex Iengiczeri-Agasi Seraskier contra Polonos ordinatur, homo inter Turcas illius seculi facile heros, multis ante, et post Seraskieratum contra Arabes, et Germanos in Bosnia prœliis longe clarissimus,

www.dacoromanica.ro

tandem sub Sultan Mustafa ex Babyloniæ præfectura ad Vesiratum evectus, post paucos dies, usitatum illis præmium, jugulatus est. Hic postquam ad suam residentiam Babadagy venerat, inopia annonæ laboranti Camenico succurendum, et militem in præsidio stantem recensendum primo instituit, cumque cum principe antiquam coleret amicitiam, misso aliquo suo Aga, nomine Hasein-Aga totum hoc opus principi demandat, postulans ut præfectum Husein-Agam, «suis militibus concomitatum Camenicum secure expediret, timebat enim ne a præsidio Polono quod in Zvancze, duobus horis a Camenico dissita, aut caperetur aut Camenicum intrare impediretur. Erat autem mensis Decembris et gravissima hyeme irruente. Huic princeps ad concomitatum ordinat suum generum Lupulum Bogdanum, cum 700 militibus, qui omnes binis equis uno ad ascensum, altero ad duo modia farinæ Camenicum asportanda, in itinere uti jussi erant. Ut autem proficiscere vellent, Princeps Husein Agam interrogat, an haberet equum velocissimum, qui necessitatis tempore, «illum vel fuga ab insequenti hoste posset liberare, (historiolam adduco, ut curiosi sciant, quantum veloces et generosi sint Moldavorum equi) «illo se Arabicos nobilissimus, quos Kiohcilian vocantur, habere equos» respondente, princeps consulerem» inquit, te illos «tuos Arabicos equos hic apud me relinquere, et equum quem ego «tibi dabo, in tali contigendi casu ascendere, probe enim scio illum «tuis equis multo velociorem esse.» Turca se a principe quodammodo derideri ratus, «quomodo inquit, princeps potest equus Moldavus equum arabicum equidem nobilissimum, velocitate superare possit, nisi quod joco hoc velis dicere. — «Serio dico,» respondet princeps, et si rem probare velles cras certamen cursus instituamus, quo concedente secunda die ad cursum equorum probandum, extra urbem exeunt, stadium in distantia duarum horarum assignatur, equi aliquot Moldavici cum suis Arabicis emittuntur, sed ad stadii dimidium omnes illius equi longe retro remanent, ita Aga experientia persuasus, relictis suis equis a principe unum ex illis equis accipit. Dum Camenicum salvi et securi perveniunt, secum vectam provisionem deponunt, censumque militum faciunt, quarta die a Camenico proficiscuntur, et transacto super glaciem Tirate, jam securi iter versus Iassios accipiunt. Circa versperam milites leporem excitant, et suscitato clamore leporem persecuntur. Husein Aga, qui ad mille passus ulterius processerat, audito a tergo clamore, hostem posteriores invasise opinatus, flagello equum a principe illi datum excipit, et per vestigia quæ Camenicum euntes facta, laxis habenis

www.dacoromanica.ro

versus Iassios fugam capit, nocte superveniente solus fortunæ, tenebris, et equo permittens, ad secundam lucem spatium 26 horarum dimetitur, et Jassios equo duce pervenit, recta ad aulam principis veniens enunciat, a tergo Polonos fuisse persecutos et Hetmanum invasisse, se autem moniti principis memor, flagello excepto equo habenas solvisse, et per densissimas tenebras unica nocte ecce Iassios pervenisse, de ceteris quid actum esset se ultro ignorare dicebat. Hetmanus post leporis huius tumultum, Huseinum ubi sit interogat, nullibi apparet ille, illius tres quos secum habebat servos, sciscitatur, illi se illum non vidisse dicunt, Hetmanus militi eo in loco stare jubet, et omnes in partes aliis, qui per vestigia in nivibus impressa, quorsum abierit cognoscat mittit, sed neque vestigium appareret, secunda die longius usque ad Prut alios milites exquirendum mittit, sed et hi reversi, nullibi eius vestigia apparuisse referunt. Hetmanus non jam Turcæ, sed suæ vitæ de peratus (neque enim se victurum, perdito Turca, aut aliquo modo veniam a principe impetraturum sperabat,) ad Prut fluvium venit, inde aliquot homines Iassios ut quid ibi ageret explorarent, (timebat enim coram principe apparere) præmittit, qui cum accipiant Agam Iassios solum venisse, læti ad Hetmanum revertuntur. Hetmanus ad principem veniens, gaudet princeps super adventum eius, tertia jam dies, a quo Aga Iassios venerat, et cum videret Hetmanum non apparere, neque aliqua de eius casu notitia accipi posse, putabat an eum Polonis cum omnibus militibus aut occisum aut captum fuisse, et quid cum hoste factum fuisset interrogat; Hetman admirabundus, Nullibi nos hostes vidimus, aut audivimus, hoc tantum quod ex medio nostro Husein Agam perdiderimus, per omnes fere desertos illos inter Tyratem Prutumque fluvios campos, hisce tribus diebus exquisimus et neque vestigium eius invenire potuimus, ideo coram T. Celsitudine, quoque apparere pertimescebam, donec notitiam accepi, Huseinum Iassios pervenisse. Tunc accersito Huseino, cachinno omnibus excitato, illi jocobunde, «leporem Polonum exercitum putasse, et ita se de relictis sociis aufugisse. Hunc equum a principe dono acceptum, postea secum Babyloniam duxit, ubi equos Arabicos illos veloxitate famosissimos, cursu omnes superasse, postea Constantinopolin, reversus enarrabat. Sed ad rem. Anno sequenti Daltaban Mustafa Passa Seraskierius. dum Polonos nihil monere, nihilque de educendis suis castris cogitare, ipse contra illos arma movere tentat. Equidem ad Sorocæ obsidionem faciendam Danubium sub fine Iulii transit. Sed illi relatum erat Sorocam non civitatem

www.dacoromanica.ro

munitissimam sed monasterium aliquod parvo et labili muro circum septam esse, ideo non plures quam quatuor millia peditum, quamvis plusquam 20000 Tartarorum illum comitabantur et quatuor tormenta, quorum duo majores quinque occas non excedebant, et duas bombas secum adduxerat. Ad hos adjiciebantur copiæ principis, peditum 1500 et tria tormenta. Postquam autem Seraskierius Benderam pervenit, et Sultani ordine ad principem mittit, ut acceptis suis copiis illi sub Orhei oppido Moldaviæ obviam iret, ibique inito quid faciendum consilio, se quorsum illius expeditio intenderet, (nam Soroca obsidionem futuram celabat) dicturum. (Hic non omittam jucunda quædam audito, de Hieromonacho Hieremia Cacavela præceptore Demetrii filii principis et Evangelii prædicatore.) Dum Seraskierius Orcheum appropinquat, dysenteriæ morbo periculose corripitur, cumque per tot dies medicus Turca quem secum habebat, nihil perficeret, et in dies morbus invalesceret, (quæ res occasionem et tempus Polonis dedit ut civitatem fortius munirent, et 400 Cozacos subsidium novum intro mitterent) ad principem mittit, ut Monachum medicum, quem apud se invenire audiverat, ad eius morbum curandum mitteret. Cacavela licet ex professo artem medicam non nisi ex empiria et librorum lectura haberet, hujus autem curationem principi policetur. Quem princeps ad Seraskierium mittit, hic parum linguam Turcicam intelligebat, dum ad Seraskierium Cacavela pervenit, invenit illum in extremo agone positum, et de vita fere desperatum, medicus enim illius ad extinguendam febrim, non alio medicamine utebatur, quam potu aquæ glaciatæ, utebatur, quæ illum ad tumulum etiam ante tempus deducendum accelerabat. His a Cacavela visis ut homo simiæ Philosophiæ natura deditus, sine ullo aut Seraskierii, aut Turcæ respectu, primo jubet ut a frigida abstineret, et dietam a se prescriptam servaret, cum autem Seraskierius diceret, se sine potu illius frigidæ non posse vivere, ille, se homines, non bruta a morbis curare scire, ideo si vitam curet, debet vitæ humanæ, et non belluinæ tenorem tenere. Irascitur Turca, tune nequissime, inquit, dicis, me brutum, et bestiam esse. — Ego dico, respondet Cacavela, nam qui homines sunt, medicamina hominibus constituta, et a veteri illo Græco medicorum Princ«ipe Hippocrate inventa sunt, sumere solent, quibus non observatis, brutalitatem suam produnt inobedientes. Ad fortiora Cacavelæ responsa iratus Turca mitescit, et quodcumque ille jusserit se obediturum» promittit. Dum medicamem præparat, ad Seraskierum accedens, facto crucis signo, «in nomine patris et filii et spi-

www.dacoromanica.ro

«ritus sancti dicens medicamentum porrigit ; Turca, tu inquit, incantationibus vis me salvum facere ; tum respondet ille, non, sed in nomine Domini Jesu Christi, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, et qui est, vita et resurrectio omnis hominis in illum credentium. Ad hæc ridet agonizans ægrotus Pasza, quidcunque vis blaterare blatera, modo me sanum facias»; sumpto itaque medicamine, refocillatur, et dysenteria cessante intra paucos dies sanitati restituitur. Cacavela apud illum alter Locman, in Curano a Muhamede commendatus, maximis in honoribus habetur, ad suam mensam monachali habitu admittitur, et nomine *Hakim effendi*, (Domini doctoris) appellatur. Quodam autem inter fabulando, Seraskierius interrogat illum, «qualia essent medicamina illa quæ ita miraculose, et felici succesu, tam periculosum morbum, in momento expellerint. Cacavela, non dedi domine Pasza tibi alia medicamenta, præter pulverem cretæ qui in medicaminibus nihil valet, sed in nomine Iesu Christi, cuius Evangelii ego ex benedictione Constantinopolitani Patriarchæ universalis professor sum, et Christus dominus est qui te sanum per meas preces fecit, et si «velles animam quoque tuam a morte liberare, credidisses eum unicum Dei filium et mundi salvatorem esse.» Seraskierius, o fatue,» inquit, «tu vis me christianum, et giaur facere, cum deberes tu ad fidem Mu«sulmanam et veritatis lumen venire. Cacavela, in fide vestra et «in ipso vestro propheta neque lumen es, neque veri as se arabica «quædam fascinatio, et mentis captio, quibus ille vos miseros seduxit et secum ad Gehennam traxit.»

Seraskierius, «Apage,» inquit, «blasphemias talia nefanda in prophetam, legemque illius divinam alias proferre, si enim non cognovissem a te maximum hoc beneficium, nunc te vita privassem.» Subridens Cacavela, «o te miserum,» inquit at quid tu putas, quod nos «christiani mortem hanc corporalem metuamus, cuius semper avidi sumus, neque enim domino nostro in hac fallaci vita perfecte uniri possumus, si enim tu me occideris, Christus in me semper vivens manebit, qui in universali judicio exquiret animam, et sanguinem meum ex tuis manibus. Tandem illum Seraskierius fatuum» appellans, «suf«ficit,» inquit, fatue tu enim, nunquam stultescere desines, ego autem si te imitabor, occidam meum benefactorem, licet infidelem.» Itaque satis amplis muneribus ditatum, ad principem remittit, et in epistola sua de medico quidem gratis agit, de monacho autem minime, quia vellet suis fascinationibus illum ad giaurismum conver«tere : ideoque se condolere, nam quousque ille monachus inter vos

www.dacoromanica.ro

reperietur, nullam spem esse de salute quorundam, illum enim omnes in Giaurismo fortiter confirmaturum. Post paucos dies princeps Seraskierio sub Orchei accepto secum filio suo Demetrio occurit. Honorifice a Seraskiero excipitur. Tertia die facto convivio Principem et filium in eadem secum mensa, barones autem in altera, sed sub eodem tentorio assedere jubet. Post mensam, Principem .... et filium veste zebellina subducta et 24 barones ordinariis caftanis induit. Tertia die principem ad consilium vocat, illique Sorocam oppugnaturum aperit, cui princeps civitatem antiquis muris munitissimam et novis fortificatam et novo præsidio auctam a Polonis esse, dicit, unde majori bellico apparatu, majoribusque et pluribus tormentis opus esse dicit. Seraskierius ut alium apparatum unde acciperet non haberet, ut cumque erant, inde castra movet, et quarta die sub Sorocam pervenit, ubi turium instar altissimos civitatis videt muros, et nova quæ Poloni ab extra paraverant propugnacula observat, se venisse maxime pœnitet. et mendaces ad aulam delatores. Erant autem hi quidam Cozaci, a Polonis deficientes et in districtu Benderensi, a Sultano habitacula habentes, sub quodam Steiko. Stridentibus dentibus objurgat tamen obsidionem jubet, ex boreali parte principem, ex meridionali Cozacos, quos diximus, collocat, ipse cum suis Turcis, occidentalem regionem occupat, orientalis enim pars ad Tyratem spectat,et ex illa parte accessus non dabatur. Ita inita oppugnatione primo magnum terrorem incutit defendentibus, erat Germanus quidam commendans, cum 200 dragonis, 400 Cozacis, homo in militiis, et præsidiis experientissimus,) sed post quam in illi vident a tormentis nullum detrimentum muros pati, animantur, et nocturnis invasionibus, aggeres et fossas a Turcis, factas infossabant, multos Turcas occidebant, capiebantque. Seraskierius cum velut cuniculos, minasque muri supponere, nihil proficiebat, quia locus lapidosus, et ad fondiendum impossibilis erat, nam fodiebatur quidem terra, sed tantum in superficiem, et accensis minis sublata superficiali terra muri illæsi, remanebant, cumque inter fumum pulveris pyrii a minis excitatum, putarent etiam muros corruisse, facto impetu ad muros integros pervenientes multi periebant, a Cozacis et dragonis fustibus, hastis et sclopetis transfossi. Itaque post 30 dies, tribus millibus circiter perditis, recedere, et obsidionem solvere coactus est. Post hanc Sorocensem expeditionem princeps Iassios reversus, per totam fere hyemem renum dolore et urinæ emingendæ per arenam prohibitæ dificultate laborabat, reconvaluit tamen. Sed non diu præservativa, quæ accipiebat medicamina prævaluerunt, nam tempore quadragesimali,

www.dacoromanica.ro

quæ inciderant, ut initium 26 februarii haberent in subfrigido aere, religionis ergo longas ecclesiasticas cæremonias, et sacra a SS. Patriarchis audire solebat (tres autem œcumenici patriarchæ quod nunquam alias in Moldaviam convenisse memorat) simul ac semel venierant, Iacobus Constantinopolitanus, Gerassimus Alexandrinus, et Dositheus Hierosolymitanus, ad pietate et divino zelo famosum venerant princip m) prima itaque dominica quadragesimæ in fano principis *Barnovski*, ut principibus consuetudo est, nocturnas et matutinas preces, per longum tempus patriarcharum præsentia cæremonias in longum protrahente auscultat, nec non eodem die sacrum tribus Patriarchis simul celebrantibus, tertia post meridiana hora sacra officia absolvunt. Princeps ex pristino morbo non perfecte valetudini restitutus, et nimia longa assistentia, morbi multo acerbioris recidivam patitur. Cum enim prandium circa horam pomeridianam, licet esculis jejunalibus, sed pro tantis hospitibus excipiendis sacris, sumptuosum, pareretur, convocatisque SS. patriarchis, ab famulis suffultus vix debitas cæremonias, complementumque offere valuit. Accepta deinde a SS. Patriarchis benedictione, et benedicto prandio, princeps quoque assedit patriarchis, sed ingruescente morbo filium suum Demetrium in loco suo ad perfecte patriarcharum convivium celebrandum sedere jubet, ipse invaletudine excusatus, in cubiculum se recipit. Patriarchæ observante principis invaletudine, non diu convivium protraxerunt, sed post horam alteram, facta gratiarum actione ad sua hospitia more et honore consueto magnum animi angorem, ut revera erat, ostendentes se recipiunt. Princeps ad cubiculum reversus, ut diximus lecto se graviter prosternit, statimque capitis vertiginem et apoplexiæ speciem totam sinistram corporis partem maxime debilitari sensit, ita ut oculum sinistrum caliginosum et visiva facultate privatum diceret, prima autem noctis hora, morbo sævius ingrescente Sattam Metropolitam Soczaniensem, spiritualem suum patrem accersiri jubet, quo illico veniente, per tres continuas horas sacram confessionem facit, et quæ ad animæ salutem spectant contulit. Post discessum Metropolitæ, totam illam noctem graviter lecto decumbit, et totum sensum corporis perdidisse lamentabatur circa diliculum sinistrum oculum totaliter claudit, altero vix adstantes filium filiamque, cæteros familiares dignoscere potest cum autem beatissimus vir, prudentissimus princeps, et providus pater patriæ præcognosceret per hunc sevientissimum morbum corruptibilibus ipsi valedicendum, et ad incorruptibilia adspirandum esse summo mane quæ erat dies lunæ Martii 13 Omnes Senatores et Consiliarios barone

www.dacoromanica.ro

convocari jubet. et præ omnibus aliis generum suum Lupulum Bogdan Hermanum, et Georgium Rossetum magnum thesaurarium tum illi fidelissimum nec non alterum generum Michaelum Racovicam, tum magnum spatharium, postea et principem Moldaviæ factum, quibus placida, et submissa voce : Vos inquit, charissimos fratres et delectissimos sympatriotas, postremo valedicendum, et quæ de futuro rerum statu consultanda atque disponenda sunt proponere accersivi. Noti quidem sunt vobis mei tam juventutis quam senectutis mee assidui, ac indefessi pro patria patriotis labores, quæque in communem utilitatem sub aliorum prædecessorum meorum regimine præstiti. aut præstanda ad sanguineos usque sudores conatus sum, jam, jam nunc meum non est recensere, vos enim omnes oculatos habeo testes, nonnullos etiam cooperatores, et assidues comites ideo ex multis pauca rarioraque, qualenus debilitatus jam meus pati potest spiritus vobis in memoriam (utinam indelebilem) revocabo. In Sultani Mechmedi contra Cæsarem exercitus expeditione, et Viennæ ipsius obsidione, secutus sum ducum principum illius temporis castra usque ad Demur-capi, officio meo functus, ubi mihi ex domo triste venit nuntius tartaricam colluviem ex mandato sultaneo versus Beligradum per Moldaviam Valachiamque transeuntem. pagos, (quamvis non solum meos) villas. subditos, devastatos, paternum monasterium combustum et spoliatum, domosque meas in singulis pagis in cinerem conversas, totamque supellectilem pecudumque greges rapaci barbaro cessisse, et quod viscera ipsa ferociter penetrabat, liberos in partes ignotas sylvasque vicinas cum paucis familiaribus, evasisse quidem sed ab sequentibus Tartarorum catervis conservati ne fuerint. nulla notitia, imo nulla humana præter divinam aderat spes. Hoc nuntio accepto, principi Ducæ inexpectatum refero infortunium, dico (non militiam detractaturus, [cuius semper alumnus fui] non officium deserturus, sed calamitati improvisæ occursurus,) rogoque, ut mihi facultas concederetur ut de statu domus meæ intra Turcas, Tartarosque exquiram, prædam ex manibus prædatorum, si possibile esset extorqueam, et quod maxime metuebam, ne cum aliis liberosque charissimos, ut putabam, perditos, per amicos quosdam, immo si verum fatendum sanguine propinquos Murzas perquiram, dum principem ut verum dominum, condolentem videre, auxilium aliquod indubitate sperarem : Quid, inquit, Cantemyri, an putas nos omnes in hac expeditione perituros, et unicum te patriæ imo ut opinaris Principatui reservaturum fictis rumoribus imprudenter, audacterque introductis, speciosisque lamentatio

www.dacoromanica.ro

«nibus profusis putas, sed falso nos nostramque notitiam fallere falleris ipse, neque quod in nostrum detrimentum, vel potius perniciem intendis, obtinebis : at vero ne existimes nos tua molimina aut nescire aut non nihili pendere en tibi facultatem damus ex nostris castris remanere, et quid cunque pro tuis tibique consentientibus viribus est, perficere ne desistas, hoc enim modo et tibi et nobis magis consultum esse arbitramur. Hæc quidem princeps paucis sed furore, et indignatione plenis nos injuste excepit, sed his multo graviora adstantis Myroni Logothetæ (quem cuius farinæ fuerit homo optime novistis, qualis nempe in morali disciplina quid bonum, honestumque fuerit, sine privato emolumento nunquam scivit) et lethali veneno plena audio prorumpentia verba, sine inquit eum Celsissime princeps domum reverti, ubi si eum malum genium adhuc impulerit, totam rempublicam pervertere si potest conetur. Sunt enim tales homines non solum expeditioni, sed et Deo «hominibusque graves, qui nimirum fictis querelis principes deludere, et compatriotas fallere, solent. His consolationibus a Principe, «et amico (ut putabam) acceptis, ad Tartarorum castra me confero, ad Selim-Gierai Chanum supplex adeo, illi rem ut se habebat expo-«no, per amicos faventesque Mirzas impetro ut ubicunque vel apud quemcunque Mirzam, aut simplicem Tartarum vel unicum equum aut equam, (plus enim mille abripuerat) deprehendero, omnia ab «illo per Chaninum mandatum extorquenda. Itaque majorem partem equorum recuperata (de alia enim supellectile nihil inveniri potuit) «domum redeo, omnia combusta, et in cineres conversa reperio, cum divino favore, in mediis sylvis, liberos nonnullosque familiares salvos, «incolumesque invenio; dum ruinas domus reparare conor, dum dispersos rusticos ex sylvis ad opus ædificii extrahere nitor, ecce Prin-«cipissa Anastasia, ad caimacamos sui mariti mandatum dat, ut me captum ad felicem usque reditum Principis incarceratum teneant. «Hi mandato partim volentes partim nolentes obedientes, milites, circiter trecentos, cum Iohanne Chrysobergio Aprodorum præfecto, citato et nocturno itinere, (quo magis me eius adventus sateat), «lassiis expediunt, sed in hoc non defuit mihi divina providentia, «quæ per media amici cuiusdam, de imminenti periculo binis ante «horis me certiorem facit. Nunquam eo fui animo ut majorum sper-«nerem mandatum, aut ea præsumptione usus, ut, licet eo tempore «conditione inferius positus supremum in hac republica facultatum «gradum, obtinere ostentarem (quod vitium semper apud me fuit «omnium detestabilissimum) sed injuste accensis animis præcoci consilio

www.dacoromanica.ro

«et honesta evitatione justitiæ opponere arma et officia. Dum igitur ille Chrysobergius infaustis mandatis ad villam meæ residentiæ properat, ego collectis meis servis aulicisque officialibus, humaniter eum excipio, lectoque caimacaimorum mandato, debito honore, ut «principis vicariorum jussa suscipio. Cæterum me tam celeriter Iassios proficisci, multas esse quæ me impediant domesticas urgentes necessitates respondeo (in mandatis enim nihil aliud complectebatur, præter quod ob urgentia negotia, per principis literas mandata, me debere quam primum Iassios adesse clandestine autem jussus erat ille ut me etiam nolentem firma sub custodia Iassios ducat), tamen paucis post diebus ordinatis rebus domesticis, me Iassios profecturum promitto. Ille imprudens militibus jussa Caimacamorum et «ipsius principissæ exequenda, meque vinculis obstrictum, post se trahendum minaciter jubet. Cum autem milites in me aspicerent. et aut veriti, ut veteranum illorum præfectum, aut metuentes quid agere «deberent,aut possent hæsitant. Dum a meis famulis illorum clandestinæ murmurationes obaudiuntur, arma capiunt et licet multo inferiores essent numero, contra illos tamen insaltare neque timent neque hæsitant. Milites relicto suo præfecto fugam capiunt, et se contra me arma sumere, quamvis ex principali mandato non didicisse conclamant. Quid illo tempore debebam facere, ut fæmineo potius mandato quam dominico, resistem, et vitæ periculum caute evitem. «Præfectum Chrysobergium in interiori domo detineri, et literas ad «reliquos inferiores Moldaviæ Barones scribi, et eos de nostro la«mentabili statu informare jubeo... sitas..... illos fuisse, Gavrilicium Vornicum, Carpum Spatharium, Stephanum Czerkiesum Comesum,(1) «reliquosque inferiores gradus Barones ac nobiles. At cum Sultanus turcicus cum esset in illa teterrima expeditione, ne totius Moldaviæ ad Christianos defectionem suspicaretur, aut nos aperta arma «contra principem a se constitutum sumpsisse, Duca suaderet, con«sultius duximus ad tempus desertis aris focisque in Valachiam «transiremus, cum sciremus Serbanum Cantacuzenum non solum «Ducæ principi infensissimum hostem, sed etiam nostrum antiquis«simum amicum et benevolum itaque absolutis Chrysobergii vincu«lis, cum reliqui fugæ nostræ socii circa Barladum jam paratos «esse accipissemus, iter versus Valachiam accipimus. Inde data de «adventu nostro principi Cantacuzeno notitia, nobis omnibus omni«modam et sufficientissimam ut bonis hospitibus sustentationem or-

(1) An Camelam? immo videtur esse, Comesum *[comissu]*

www.dacoromanica.ro

dinat. Tandem Sultan Muhammed accepta sub Vienna clade, principes utrique ad sua dominia dimittuntur. Duca cum sciret Serbani Cantacuzeni animum, rectam quæ per Valachiam in Moldaviam ducit viam evitat et per Transylvaniam, non recusante principe Apafio, iter dirigit; inde transactis Alpibus in Moldaviam descendit. Cum autem Iassios a Stephano Petreczeico occupatos, et dimidiam Moldaviam pro Polonis contra Tartaros jam militare audivisset apud pagum Domnesti, in districtu Putnensi in fine mensis novembris discessit. Interim meministis, sub hoc tempus non solum a principe Stephano, sed etiam ab regni Poloni ducibus aliquot me accepisse literas, quibus in Moldaviam redire et ducatus Moldavici munus accipiendum invitabar, adjunctis nonnullis aliis haud spernendis promissionibus, altera ex parte Duca princeps facti pœnitens diris juramentis omnimodo satisfactionem promitens ad se revocabat. «Serbanus Cantacuzenus, itidem nos ad tyrannidem Ducæ tolendam totis viribus apud Sultaneam portam conaturum, verbo principali pollicebatur hoc unicum addens, quod si omnium consensu et legitima electione, me principem designarent, et a porta confirmationem peterent. quo in casu quantum est tale gravissimum (quem postea ipsa experientia talem esse docuit) recusaver.... quoties consilia et invitationes, imo et preces collegarum respuenti vos mei estis testes. Deo tamen qui tempore ponderat, et quæ in tempore sunt mensurat,eo tempore aliter placuit. Nam Stephanus Princeps et totus polonicus Cazacicusque exercitus a Tartaris ex expeditione viennensi reversis, sede expulsus, ne regia stipendia in vanum consumpsisse videretur, Baiuskium. Serdarium suum, (qui avunculus erat generi mei Bogdani) cum bona militum Moldavorum manu inopinate ad capiendum Principem Ducam mittit, qui de 25 Decembris, in ipso festinativitatis dominicæ die, epulantem et nihil tale opinantem Ducam cingit, nec mora a suis proditus potius, quam defensus (Princeps enim qui neminem defendere didicerat a nemine defendi expertus est) cum suis capitur, (uxore eius et liberis Brailam eo tempore commorantibus) et in Poloniam captivitatem ducitur, ubi et vitam finivit. Dum hæc in nostra Moldavia aguntur, Turca Sultanus, propria jam ut solet Demetrium Cantacuzenum, in locum Ducæ subordinat, et quam cellerrime cum aliquot Turcarum centenis in Moldaviam expedit. Nos quidem omnes barones simuli etiam ipse princeps Serbanus Cantacuzenus nobiscum quid ultra factu opus esset ignoramus, neque decretis portæ obsistere valentes, neque in tam arcto «tempore alia remedia nostris infortuniis invenire potentes (omnes e-

www.dacoromanica.ro

«nim novum principem ut tyrannum in priori suo pricipatu experti fuera-
«mus neque spes erat corrigendæ sine mitigandæ illius inexplendæ avari-
«tiæ, et præcipue cum eum per novennium ære alieno Constantino-
«poli obrutum esse noverimus) his omnibus cum aliis baronibus dis-
«cussis, et perpensis, tamen contra ventum vela pandere, et illius
«dominium ut legitimum non agnoscere tyrannica lex vetabat.
Nihilotamen minus illius ad ventum extra proprios limites expec-
«tamus, ab initio ingressus illius aliqua sequentium processionum
«iuditia observandum, indeque aliquid sive dextro sive sinistri ha-
«riolandum, ominandum, itaque non communi acto consilio in Valachia
«permanemus (licet benignas et montes aureos complectentes pro-
«missiones per præmissas eius ad nos aliosque habitatores iam acce-
«perimus). Dum princeps Demetrius Cantacuzenus Galatium pervenit
neminem ibi ex baronibus iuxta consuetum morem offendit, nemo
«illi (exceptis quibusdam inferioris conditionis, et adulationibus as-
«suetis) obviam ut domino procedit. Equidem quia pars nobilium
«Moldavorum, qui contra Tartaros cum Polonis arma sumpserant,
«pars autem quia ad nostrum exemplum respicientes, intentiones
«suas dirigebant. Ita princeps cum videret se nomine tenus tan-
«tum et non re ipsa principatum obtinuisse, quid ulterius agen-
«dum illi esset inscius, ab aliquo nostrate edocetur, quod si Can-
«timyrius cum aliis in Valachiam profugis non accersetur, alias
vana illius omnia conamina evasura ad huius institutionem se-
«cundas tertiasque ad nos dat literas, per deos per cœlos rogat,
«iurat, et nos penesque nos versantes securos facit, et imprimis
Gavrilicio quidem Gubernii inferioris Moldaviæ, mihi autem du-
«catum exercitus largo ore sed doloso pectore promittit (audierat
«enim ab assentatoribus baronum et Serbani Cantacuzeni decretum
«fuisse, ut me sibi principem eligerent, unde illi odia et æmulatio-
nes profunde in præcordis radicatæ implantatæ fuere). Nos igitur ex
«duobus malis melius seligentes ad principem Patriamque revertimur.
Primo congressu speciosa quadam humanitate excipimur, omnia ex
«nostro consilio, et sine nostro arbitrium quod melius dominis regimen
«nihil moturum acriter iurat, dum modo nostra manu, e labore in
«Poloniam profugos revocentur. et colluvies populabundorum Coza-
«corum, ubique Moldaviam ferro igneque devastantium, propelleretur.
«Mihi itaque commisso Moldavico, (ad nostrum enim adventum fac-
«tam omnes se se ad principis obedientiam contulerant) et Turcico
«Tartaricoque exercitu, intra decem dies sedem principalem occupo
inde expeditis militibus per totam Moldaviam latrocinantes dissipo
«capio, et principi securum fassios ingressum annuntio. Dum princeps,

www.dacoromanica.ro

«Iassios inerat et in principale sede ex more a Iskiennæ (1) Agasi «collocatur, omnium tam suarum promissionum tam meorum illi fidelium servitiorum collatorum, oblitus, præmiis loco minas et terrores in vitam meam experior. Ita inquit debes servire, alioquin inanes «tuas imaginationes, et maiores quam sors tua fert ambitiones secu«tus, in brevi capite privaberis, hanc ego repulsam, et in digna laborum meorum præmia passus, aulam subripiunt vetustissimi calumniatores, (quos dixerem novistis) et indies propriis viciis corrup«tum, facile suis corrumpunt principem, eousque eum pervertunt, ut ne officio privatum Zisimum inertem inenemque hominem, ducis officio honorat. hoc autem mihi tolerabile forte erat, sed prorsus intolerabile quia ille me subordinaverat, ita ut necessario. iussis illius ignorantissimi hominis parere cogerer. Quid plura : nam iam deficio ut videtis spiritibus singulis metis momentis. et occasionibus sine ulla iusta causa inporrigibilique odio prosequitur, nam ut in villa privatus quiescari iubet, sed hoc quoque illi in quietum, iterum «ad se vocat, impossibilia et inpervia quævis exequenda mandat tan«dem residentem, o stultam fauriciem (2) apud Seraskierium Soli«manum Passam meum antiquissimum amicum et Patronum ordinat. Quæ Seraskierio ex Sultaneo mandato debebantur, astute negligi «imo perfici, et fieri baronibus vetat, hoc stratagemate putans, culpam in me innocentem eiiciendum, et alta Seraskierii grandi pecunia avaritia, tandem illius manu, in me animadvertendum posse. Deus autem qui solus omnia ordinat prudenter, et tangit fortiter. Seras«kierius dolum principis suspicatus, iniqua illius consilia, atque iniusta molimina clementer revelat, se nimirum magnam nummum «summam a Principe accepisse, et maiorem promissum habere, si «ficta aliqua occasione caput meum ad illum mitteret ego omnia mea deo ut iusto iudici committo, ille in reversu, (nam contra Po«lonos copias duxerat, et reduxerat) iubet ne ad Principem revertar, sed ex illius castris recta ad Serbanum Cantacuzenum in Valachiam transeam. quo facto me secuti sunt nonnulli baronum ut «novistis, ille desperatis iam rebus, iterum ad vulpinas suas adula«tiones, et lenociniis plenas convertitur technas, scribit enim se pœnituisse facti, quod nimirum promissionibus non stetisset. cœterum omnia perfecturum, et ducatus munus mihi restituturum, jureiurando frequentibus literis scribit in callum tamen. Nam Seras-

(1 a Ish en ie.
(2) vafrit em

www.dacoromanica.ro

kierius de perverso illius regimine et insatiabili tyrannide portam «commone fecerat responsumque acceperat, ad postulationem Baro- «num deposito Demetrio quem illi ad principatum elegerint, substi- «tuat. quæ intercurrerunt, longum esset singilatim recensere tan- «dem ante octo iam annis, accepto omnium consensu, imo rogante «ad hanc sedem veni totam provinciam a Tartaris Polonis Cozacis «nec non a quibusdam nostratibus sibi solis studentibus devasta- «tam habitatoribus desertam, latronibus et latrociniis confertam, in «lamentabili nimirum et vix reparabili statu comperio. Arte et «marte populatores expello, inniores placo et revoco pertinaces, et pœnitentiæ inscios punio castigo suspendiis, crucibus, ignibus, «palis ceterisque talibus nefandis lege sancita instrumentis affici «iubeo, ruinatam prorsus rempublicam restauro, et patriam velut ex ipsis cineribus resuscito. Multa quidem per vos ministros, plura me omni labore spernente per me ipsum video, revideo. ordino, sta- bilio. confirmo, et vigorose servo, servarique facio. donec tandem, post tot tantisque polonicis Tartaricis. aliorumque hostium etiam «internorum, clades, atque rapinas allatas, ad melioris feliciorisque status spem, ut videtis perduxi. nec unquam patriæ et patriot's sincera et indefessa præstanda servitia destitissem, si divina vo- «luntas meos (ob sua nobis latentia secreta) non prærumperet co- «natus, quos sigillatim aut laudandos aut vituperandos, aliis com- mitto. Nunc igitur mi dilecti, en non tam assiduis laboribus fa- tigatus, quam provecta ætate fractus, (sexagesimum enim et sex- tum duco annum) humanis cædo, vos autem monitos vellem, ut me vivente sive ex meis filiis, si boni et honesti sunt, sive vo- bis quemcunque habueritis meliorem, meum successorem eligatis, ad quem paucas quædam institutiones longo temporis usu, ac- quisitas dirigam, hoc enim unico meam conscientiam erga vos obligatam sentio, ne in ipsis quaque extremis habitibus vestri ne- «glexisse post discessum arguar, si meis ex filiis eligere animus erit, multa quidem habebitis in illis reprehendenda et præcipue ætatem, natu enim maiorem Antiochum (qui iam Constantino- «poli adducto suo minori fratre) secundo ad portam Turcicam missum 20 annorum natu vero minorem Demetrium ecce pe- «nes me est septemdecim annorum iuvenes sunt, et ad tam grave onus portandum, nisi vestra addita opera inidoneos iudico, quamvis utrique in literis tam vernaculis quam exteris, latinis nimirum «Græcis, et Sclavonicis haud negligenter erudiri conatus sum. quo

www.dacoromanica.ro

«ad mores, et reipublicæ gerendæ artem, et viribus tanto grava-«mini pares, ne adhuc fateor, neque scire, neque indicare, pos-«se, hoc unicum vobis sincero et paterno ore consulo, et com-mendo ut aut unum ex his, aut ex vobis meliorem eligatis. Barones consolati principem ægrotum et senem, et non sine fer-ventissimis lacrymis ex cubiculo exeuntes, ad Vistiriam, (est domus consiliis, et rebus publicis tractandis destinata) omnes se con-ferunt.

La capetulu manuscriptului se vedu transcrise urmatórele doue ad-notatiuni.

«*Kniga Systima ili Sostojanie Muchammedanskia Religia* i. e. *Liber Systema* h. e. *Descriptio (De statu) Mahumetanæ religionis* «*excusus iussu S. Maj. Petri Magni Imp. et Autocratoris totius Russiæ* «*in typogr. metropoleos S. Petropoleos 1722* d. 22 Dec. fol.»

* * *

«Successere :
«Constantinus II. Cantemirius cognomento Senex
«Constantinus III. Ducæ filius
«Antiochus Cantemir, qui post 5 annos loco motus
«Constantinus III. iterum, post duos annos depositus
«Michael Racoviza
«Nicolaus Maurocordatus
«Demetrius Cantemir an 1710 Nov.

www.dacoromanica.ro

* * *

NB. Ultim'a pagina a manuscriptului care contine «*Vita Constantini Cantemyri cognomento senis, Mold. P. P.*» si care pórta paginatur'a 181, este occupata de ua scara musicala in chiaia de *sol*, pe care sunt dispuse 16 note, incepêndu cu *la* subliniaru.

Fia care nota isi are, pe unu rôndu inferioru, semnulu prin care ea este representata in transcrierea musicale a Turciloru, precumu anco, pe unu rondu superioru, pe acel'a care lu caracteridia semisonulu corespondietoru.

Numirile turcesci alle suneteloru insociescu notatiunile musicali, in modul urmatoru :

la . . . Jekgjah . . . . . .

si . . . Asciran . *Semitoniu*

do . . . Arak. . . . . Rehavi

re . . . Raft . . . . . Zingile

mi . . . Dugjah. . . . . Nihavend

fa . . . Segjah . . . . . Boselik

sol . . . Zarigjah . . . . . Uzzal

la . . . Neva . . . . . Bejati

si . . . Huseini . . . . . Adzem

do . . . Evdzi . . . . . Mahiir

re . . . Gjerdanie . . . . . Schehnaz

mi . . . Mucajer. . . . . Sumbule

fa . . . Tiz Segjiah. . . . . Tiz Bozelik

sol . . . Tiz Czarigjah . . . Tiz Uzzal

la . . . Tiz Neva. . . . . Tiz Bejati

si . . . Tiz Huseini. . . . . .

www.dacoromanica.ro

ERRATA

Pag.	*rînd.*	*în locŭ de :*	*citesce :*
4	11	Commendati	Commendanti
»	17	frustatur	frustrantur
»	18	da	ad
»	22	ordin capitaneu	ordine capitaneus
»	25	oficiali	officiali
»	29	cœtera	cætera
»	31	prœellis	prœliis
5	8	prevenisse	pervenisset
»	10	cœteros	cæteros
»	12	persequeus	persequens
»	15	cœterŭm	cæterum
»	18	milita	militia
»	22	Deux	Dux
»	29	prestitit	perstitit
»	33	Germanes	Germanos
6	3	euntem	eundem *
»	11	diffe ant	differant
7	10—11	nebuam	nebulam
8	22	quosque	quousque
9	19	Cœterum	Cæterum
»	30	cum	tum
»	39	Princepes	Principe
»	»	sufficitu	sufficitur
11	1	-Sul	Sul-
12	2	Otomanicæ	Othmanicae
»	7	cu	cum
»	9	eontra	contra
»	15	prœlli	prælii
»	18	habeal	habeat
»	19	præter ea	præterea
»	21	prevenisset	pervenisset
»	22	tempori	tempore
»	26	Sultanem	Sultaneum
»	27	Tartaroruque	Tartarorumque
»	28—29	Demerius	Demetrius
»	31	referet	refert
»	32	deux	dux
»	33	pretraxerit	pertraxerit
»	35	onsilio	consilio
»	38	Regienis	Regionis
14	9	que	quæ
15	5	datris	patris
16	2	Cœterun	Cæterum
»	12	excepti,	exceptis

* În manuscrisŭ se află *adeuntem*, ştersŭ şi îndreptatŭ *ad euntem*.

www.dacoromanica.ro

Pag.	And.	în locŭ de :	citesce :
20	11	remanssise	remansisse
»	29	sum	suum
24	21	Ductorum	Ductorem
»	31	capu	caput
»	39	nullibia pparuerunt	nullibi apparuerunt
25	21	post quam	postquam
26	26	timeb ant	timebənt
27	36	cœgerunt	coëgerunt
29	20	se cesserant	secesserant
30	15	maligno	maligne
»	31	Polones	Polonos
»	40	niscius	inscius
31	8	Imperata	Impetrata
»	19	Tigrate	Tyrate
»	24	recepta	receptu
»	31	descedens	descendens
»	34—35	horoicas	heroicas
33	21	inopinatum	inopinatam
35	8—9	improvi se	improvise
»	22	juhet	jubet
36	14	puerile	puerili
»	27	tentatam	dentatam
»	28	frangende	frangendo
»	38	corterendam	conterrendam
37	4	spectantiam	spectantium
»	19	invadat	invadant
»	26	facili	facile
»	31-32	in colis	incolis
38	16	latitantos	latitantes
»	21	cauponos	cauponas
»	23	niminem	neminem
39	14	adebat	addebat
40	21	fractionis	factionis
»	39	ut a Patriotes	ut Patriotes
41	20	auxiium	auxilium
»	»	securtus	securius
»	38	tortem	fortem
42	2	Cantemiriorum	Cantemirium
»	4	maltos	multos
	6	ah	ab
»	7	datt a	data
	11	reliqu	reliquı
	12	filios	filios suos Constantinopoli
»	14	fatnissimus	fatuissimus
»	17	adhue	adhuc
43	8	quosque	quousque
44	5	illumun dique	illum undique
»	7	qurœat	quærat
45	9	Cut	Cui
»	19	suut	sunt
»	23	ferre	fere
»	34	qnorum	quorum
46	1	Transsylvaniæ	Transylvaniæ
»	8	ex haustionem	exhaustionem
»	11	execusans	excusans
»	37	et	est
47	1	furorum	furorem
48	17	omnio	omnino
»	23	Principium	Principum
51	36	Stefanum	Stephanum

www.dacoromanica.ro

pag.	rînd.	în locŭ de :	citește :
52	11	vivibus	viribus
	12	redere	reddere
53	10	cœterum	cæterum
»	13	respondent	respondet
54	20	proemii	præmii
»	27-28	certionem	certiorem
»	33	Reginœ	Reginæ
56	11	sufunditur	suffunditur
»	14	liberentur	liberantur
»	15	dimituntur	dimittuntur
»	17	fefelisse	fefellisse
»	32	assiduos	assiduas
»	37	occupaverent	occupaverant
58	31	autea	antea
59	33	occurens	occurrans
»	»	interogat	interrogat
»	37	quo modo	quomodo
61	2	post quam	postquam
»	9	»	»
»	19	majorum	majorem
»	38	*hæmoptisi*	*hæmoptisi*
62	1	propre	prope
»	40	Georgi-	Georgi
63	2	omnis	omnes
»	»	proscecutus	prosecutus
64	1	Boujoranum	Bouzoranum
»	16	vero	vera»
»	17	,«illi	ille, «
»	35	eum	cum
65	7	puerelia	puerilia
66	6	icet	licet
69	3	non dum	nondum
»	40	jute spunitis	juste punitis
70	19	effatierunt	effutierunt
»	37	Daltaɒam	Daltaban
71	4	prœsidio	præsidio
»	19	nobilissimus	nobilissimos
	37	persecuntur	persequuntur
»	39	invasise	ınvasisse
72	35	veloxitate	velocitate
73	7	et	ex
»	39	medicamem	medicamen
74	14	domiue	domine
75	3	occurit	occurrit
»	23	erat	Erat
	25	quam in illi	quam illi
	29	fondiendum	fodiendum
76	30	Soczaniensem	Soczaviensem
	40	barone	barones
77	2	G orgium	Georgium
78	33	sateat	lateat
80	14	omnimodo	omnimodam
»		promitens	promittens
»	19	gravissimum	gravissimum et periculosissimum
»	22	tempore	tempora
»	24	Cazacicusque	Cozacicusque
»	28	de	die

www.dacoromanica.ro

COLLECTANEA ORIENTALIA

PRINCIPIS DEMETRII CANTEMIRI VARIÆ SCHEDÆ ET EXCERPTA E AUTOGRAPHO DESCRIPTA.

11,118

www.dacoromanica.ro

I.

Vita principis Demetrii Cantemirii.

Princeps Demetrius Cantemir natus est Ao. 1673, Octobr. d. 26. Patre Principe Moldaviae Constantino; Matre autem Anna, ex veteri Moldaviorum stirpe Bantaschiorum oriunda.

Puer traditus est Monacho cuidam Ieremiæ Cacavela dicto, viro doctissimo, ut literis latinis et scientiis imbueretur.

Post mortem Patris Constantini à Populo et Baronibus Princeps constituitur, sed post aliquot menses instigante Principe *Nicolao* (1) Maurocordato (qui per Domini Vander Beckii accusationes et D-ni Clerici defensionem satis notus est) à Principatu removetur, quod apud Turcas usitatissimum est, et Constantinopolin commigrat. Ibi per 22 annos commoratus linguis Orientalibus operam dedit, et musicæ turcicæ; quam in ordinem redegit et notas illi accommodavit, id quod Turcis hactenus deerat.

Anno 1710, mense Novembri secunda vice ab ipso Sultano Princeps Moldaviæ et Ungro-Walachiæ constitutus est, quod duo testantur Diplomata ipsa manu Turcici *Imperatoris subscripta* (2), quorum unum simul hic, ut adspiciatur, si placet, adjunctum est.

Cum autem B. Mem. Imperator Petrus M. in Moldaviam venit, Ao. 1711, falsis (a) multis accusationibus à privatis inimicis Turcicæ Aulæ suspectus redditus, ad partes ejus transiit. In cujus meriti præmium pagos ipsi aliquot in Russia majore, et alia, quæ ad familiam sustinendam sunt necessaria, sapientissimus Imperator munifica manu donavit. Nec forsan illud

(1) La margine alta mâna: *error. imo ab Alexandro.*

(2) » aceiasi mâna ca susu: *error.*

(a) De fallacibus promissionibus et mala Aulæ Turcicæ fide ipse pluribus egit, in Incrementis et Decrem. Regni Othomanici, L. III, c. V. §. 30, p. 525, propter quas se ad Ruthenorum partes transiisse, ipse declarat.

www.dacoromanica.ro

benificii genus prætereundum, quod Dignitatem ipsi totique ipsius familiæ, atque Titulum Свѣтлѣишаго Князя Serenissimi Principis, hæreditariique Moldaviæ Despotæ contulerit. (b)

Per decenium postea nulla publica hujus Imperii negotia capessere voluit. Tandem Ao. 1721, die 22 Januarii, Senatoria atque intimi Consiliarii Dignitas à Clementissimo Imperatore ipsi data est. Tandem in expeditione Derbentiana morbus eum qui Diabethes vocatur, oppressit, quo etiam extinctus est, postquam eo per annum et dimidium laborasset, Anno 1723, mens. August. d. 21. in pago suo Demetrio dicto, qui distat à Moscovia 420 werstis, hoc est 70. circiter milliar. germ.

Linguas callebat præter Moldavicam, quæ ipsi nativa fuit, Græcam, Turcicam, Arabicam, Turcicam sublimiorem, quæ Farsi appellatur, et prorsus diversa est à Vulgari Turcica, Latinam, Italicam, Ruthenicam, seu potius Sclavonicam.

Libros conscripsit:

1. Synopsin Historiæ Turcicæ, sub titulo Incrementorum et Decrementorum Aulæ Othomanicæ, lingua Latina.

2. Systema Religionis Muhamedanæ, quod jussu P. M. Imperatoris et conscriptum et in lucem editum est, Rutheno idiomate, Ao. 1721, Petropoli.

3. De Statu Politico Aulæ Othomanicæ, qui liber in mari Caspio in itinere Derbentino periit; navis enim, in qua lucubrationes ejus cum ceteris rebus erant, naufragium passa est. Ao. 1722.

4. De Antiqua Dacia, Moldavo idiomate elaboratum, qui tamen nondum ad finem perductus est, Tomum unum.

5. Descriptionem hodiernæ Moldaviæ Geographico-Politicam: idiomate Latino: quæ Berolinum missa est cum charta topographica ejus Principatus.

6. Librum Græco-Moldavum Divan, sive Tribunal dictum, qui editus est Moldaviæ cum adhuc 17 ætatis suæ annum ageret.

7. Librum latinum Theologo-Physices dictum de Creatione Mundi Physi-

(b) Nec illud immotæ fidei atque maximi Animi Specimen Summi Imperatoris hic reticendum videtur, quod in citati operis fine, p. 530, hisceverbis memoratur:

In hujus narrationis fine juvabit addere Heroicum magni Russorum Imperatoris Petri effatum, cunctis imitandum Principibus Christianis. Cum enim de sancienda pace Legatos ad Turcas apud Prutum fluvium misisset; Vesirii primum postulátum fuerat, ut Cantemyrius rebellis Moldaviæ Princeps ipsi traderetur. Hæc cum ipsi Legati retulissent, multique e Proceribus suaderent, ne propter unicum Hominem tot milites perderet, vere regio animo ille respondit, se usque ad Curskam locum non multis milliaribus ab urbe Moscua distantem, Turcis omnia cedere posse, quod eorum recuperandorum spem haberi, frangere autem datam fidem, et Principem, qui propter ipsum suam Ditionem deseruerit, tradere neutiquam posse, quod semet amissi honoris nulla detur reparatio. His auditis Turcæ ab ea petitione destiterunt.

www.dacoromanica.ro

ce et Theologice considerata, cum adhuc in Moldavia studiis Theologicis vacaret.

8. Hieroglyphica (propter occultata nomina, ita dicta) quibus continetur Historia Domestica, idiomate Moldavo.

9. Introductionem in Musicam Turcicam, idiomate Moldavo.

10. Cautiones Turcicas, notis Musicis ab ipso inventis conscriptas. Plurimæ aliæ lucubrationes Constantinopoli remanserunt, aliæ inchoatæ quidem sed non perfectæ hic loci adhuc servantur. In rebus Mathematicis non prorsus imperitus fuit: Historiæ tamen præ ceteris operam dedit.

Membrum Societatis Regiæ Berolinensis factus est Ao. 1714, Iul. d. 11. Diplomatis exemplum hîc additum.

Conjecturas quasdam,

de Origine Familiæ Cantemiriorum quod à Tartaris ortum ducat, relatas invenimus in Libro commemorato, Synopsis Aliothmaticæ Historiæ:

Fuit ea olim inter Tartarorum Mirzas nobilitate ex devitiis celeberrima. Ex magno illo Asiæ Domitore Temur-leng ortum traxisse Cantemirios Tartarorum traditiones referunt; Ipsumque nomen confirmare videtur, تمور جي

Cantemur, h. e. sanguis Temur, aut ex sanguine Temur oriundos designat.

Ex his unus sub Sultan .... anno .... contra Chanum ipsumque Turcicum Imperatorem rebellavit, et per plures annos cum diversis seraskieriis æquo Marte pugnavit, et desideratam obtinuisset libertatem nisi fictis pactionibus delusus fuisset. Turcæ enim cum vidissent, se armis nihil proficere, pacem se cum eo inituros simulaverunt; ejusque Legibus illi Benderam cum viciniis, Regi Titulo et duabis caudis equinis concesserunt. Hisce vero securum redditum non multo post capite plexerunt. Hujus fratres Chano iterum se submiserunt, et in provinciis Ackiermanensi ex Ciliensi collocati fuere. Filius Szahbaz Cantemir itidem in gratiam receptus est, nomen vero mutavit, et quod ejus pater Beg fuit, Beg Mirza dictus est, quod et postea in ipsius filios et posteros transiit.

Cum Parens noster Moldavico Principatui præesset, commemoratus in Historia hac Beg Mirza cum filiis suis, quos quinque habebat, frequenter in Moldaviam veniebat, majorumque suorum historiam, uti illam traditione, unico Tartaricarum Genealogiarum adminiculo acceperat, recensebat.

Addebat præterea, audivisse se à majoribus suis, quod eo tempore, quo maxime à Chano pressi fuissent, unus ex illorum stirpe ad Moldaviæ Principem fugerit, et Christianis Sacris initiatus fuerit, eoque nomine Parentem nostrum consanguineum sibi esse asserebat. (1)

(1) Urmédia diplom'a de membru allu Academiei d'in Berlinu.

www.dacoromanica.ro

II.

E Demetrii Cantemiri Principis Moldaviæ schedis autographis.

In proœmium synopsis.

Quidam vir doctus civis Andreensis, nomine Muhamed appellatione Avabi Akraszi, tempore, quo religio Mahumedana in hasce partes (Derbendienses) dilatata fuit, (annus non notatur) et Gieraj Chanus regionem Cumacorum et urbem Andere (quæ est ut oculus illius regionis) occupavit, jussus fuit, ut exquisitis Arabicis et Persicis historiis, quæ antiquitates Dagistani tradunt, in puram ac claram Turcicam linguam transferat: Prænominatus scriptor, quamvis temporum incommoditate, ut hocce opus aggrediatur, diutius fuerit retentus, nactus tamen occasionem ex mandato illius Geraj, hanc historiam ex Arabico et Persico idiomate, in Turcicum transtulit, ita:

Antiquæ historiæ, quæ nobis se de rebus antiquis, referunt, perhibent, quod famosus ille Cubad (Cyrus) parens Nuszrevani, Persarum rex diurnum habuit bellum cum Hacano rege Turcorum et Hyzrorum. Habebat autem rex Hakan 400,000 exercitum et dominabatur regno Moscoviæ, regno Nukrato et omni Ruthenicæ genti et omnes hae nationes erant ei tributariæ. Cubad igitur cum hoc Hacana continua et innumera bella habuit, nulla tamen pars alteri prævalere potuit. Quod vero videret utraque pars armis nihil proficere neque alter alteri quicquam nocere populi prudentiores meliora proponentes regibus suis consilia, persuaserunt, ut positis armis mutuam amplexarentur amicitiam et pacem. Rex demum Hakan ut firmiori nexu pax confirmaretur, expeditis ad Cubadum legatis, petiit, ut Cubad vellet filiam suam virginem in matrimonium ducat *(sic)*; quo a Cubad concesso, filiam Hakani duxit uxorem. Inito matrimonio et confirmata pace Cubad quoque misit suos legatos ad Hacanum his cum mandatis: „In limitibus mei et tui regni mu„rum condamus hac ratione, quod si ego ira accensus aut tu in me, alte„rutri nocere revaleamus neque possimus bello et pugna nos impetere“. Hoc igitur mutuo ex pacto constituto, rex Cubad ulla absque mora ad murum construendum sese præparavit. Sed cum dubius esset in quo loco fundamenta muri poneret, archangelus Gabriel indicavit locum, ubi antiquitus

www.dacoromanica.ro

Iskiender Zaul Karnein similem condiderat murum. Igitur secutus Gabrieli notitiam Cubad quoque decrevit, ut supra antiqui illius muri fundamenta murum erigat. Sed antiqui illius muri fundamenta cum essent arena (maris Caspii) obruta, neque in terræ superficie appareret, iussit ut arenam prius purgarent, quousque fundamenta eruerent. In purgatione arenæ et in restauratione unius muri (qui est a parte meridionali) impendit Cubad animum integrum, quo finito inchoavit alterum a mari, quem (a) traxit usque ad ulteriorem partem Tibriserani (distat vero urbs hæc a Derbento 90 agaris, qui efficiunt 450 viorsti, et in locis necessariis et opportunis fecit portas ferreas (unde et nomen traxit Porta ferrea) et totum hoc opus spatio septem annorum finivit et firmissimum reddidit. Finito igitur utroque urbis muro, et cum totum eius regnum postea ab invasionibus Hakani liberum atque quietum esset, ad modum est gavisus, siquidem ipsam muri sui portam si centum ex suis militibus custodirent, centum millia hostium urbi nocere quicquam non poterant, quare provinciæ Armeniæ et Midia deinceps tranquillæ manebant et absque ullo nocumento vivebant. — Cubad cum limites regni sui tali modo conclusisset ac confirmasset, filiam Hakani una nocte tantum constupratam ad parentem remisit hanc ob rationem, ne quandoque ex ipsa nata proles in regnum Persiæ ius hæreditatis possideat. Hacan cognoscens a filia, quod virginitatem amiserit, factam illi et filiæ iniuriam prorsus celavit, quia aperte vim vi opponere Cubad impotem se agnoscebat. Cubad igitur ordinatis ad singulas utriusque muri portas egregiis et virtuosis militibus tandem in Aderbeidrianiam (Mediam) et in Arak (Irak) est reversus. Similiter Hacan quoque ex parte sua portis expertis et probis [f. probatis (a. m.)] viribus in regnum suum abivit. Obstinebat autem Hacan priucipatus inferius recensitos. 1. Deszti Capezak (b), Semender (qui hodie vocatur Tarckn) Indri et Belih (qui hodie est Cuderi) (c) et Ihran (qui hodie dicitur principatus Kialbach) et dominium Parai Murer (d) et magno Macrer et Czeulad, qui postea fuit appellatus Tatar Szehri (h. e. urbs Tartarorum). Causa autem, quare hæc urbs ita fuit appellata, exstitit, quia postquam depopulata et desolata fuit hæc urbs, populi, qui eam habitaverant omnes Chano Crymmensi se subdiderant, postea ad pristina reversi loca, Tatari quoque Crimenses cos fuerunt comitati, a quibus et urbs Czeulad Tatar Szehri nomen accepit. Præter istas horum principatus urbs, plures alias quoque habuit Hacanus. Sed præcipuus eius dux exercitus residentiam suam habebat in Ihiram (hæc urbs fuit ad fluvium, quod hodie corrupte a Ruthenis vocatur Acrahani) qui Hacan ordinaverat fodinas æris, quæ sunt in limitibus Ahrani et fodinas argenti, quæ sunt supra Tarchu, ex quarum proventu toti exercitui et ducibus eius, qui has

(a) اسپرانه (b) تمری - تارکو (c) ارمی (d) کوه پایه شهری

www.dacoromanica.ro

partes custodiebant, stipendium solveret, facta, ut dictum est inter Hacanum pace, omnes reges, qui postea solium Persiæ adscenderunt, in hac urbe aliquid novi struxerunt et fortificarunt. At tempore, quo Naszrivan Persiæ imperabat, in his limitibus plurimas urbes condidit et ex altera parte usque ad confinia Græcorum ubique in locis necessariis urbes erexit. Verum cum urbem hanc ab Iskiender Ziulcarnein conditam ex parte meridionali (subintelligitur septemtrionalem fuisse integram) ante Cubad (sed quot annis incertum) filius Behrami Giur Iezdeczrir rex obruta arenis purgaverat et nonnihil eam restauraverat quidem, sed postea Nuszrevan rex eam perfectam et fortissimam fecit. Annus huius restaurationis incidit in Ao. 6, centesimum decimum. Alia historia perhibet, quod Cubad et Nuszrevan postquam Derbendum fortificaverant, ex regno Persia in magna regni sui fortitudine, plurimos homines eduxisse, quibuscum in his regionibus, plurimas urbes et Sedd (سد) h. e. obstacula firmissima condidisse, et in primis obstaculum Elpen (alii eundem *(sic)* vocant Kilminhem) condidit, a quo usque ad Derbent 360 urbes (aut turres) in eodem muro construxit. Attamem obstaculum Elpen antiquius fuerat, de novo conditus a quodam rege cui nomen Ilfindiar, filius Kiasztaset filius Szehrab usque ad mare murum illum traxerat et portam pensilem fecerat, quæ vocabatur Alan. Perhibent, quod Nuszrevan, cum habitaret in porta Alan petiit a patre suo Cubado facultatem urbes condendi, a quo impetrata licentia, primum condidit urbem Babran, postea alteram, quæ vocabatur Kiurkiur, ab hac in distantia unius Agari, tertiam condidit Kiurbar in provincia Muskiur ab hac quartam condidit Giral et eductis ex aliis provinciis coloniis, eas fecit hominibus habitatus. Hinc superius accedens h. e versus boream quintam condidit Behresal, tandem a Derbendo in trium Agariorum distantia condidit alterum obstaculum longitudinis 92 Agariorum qui respondent 450 viorstarum Ruthenorum et in qualibet possessione (h. e. spatio octo horarum) construxit unam urbem, quousque perveniatur ad Ihran ad principatum Giulbach, ubi et residentia eius erat, quæque summum suum dominum agnoscebat Hacanum: Demum ad vigesimum Agado condidit urbem Semender quæ est Tarchu, et urbem Indii, de novo struxit, et omnes has urbes Naszrevan condidit, ut urbem Bender ab incursionibus infidelium Hizrirorum defenderet. Postea subactis et Hirriis et Cumanis in eorum quoque regionibus plurimas urbes condidit, et ex eorundem familiis illis constituit principes et a obstaculo aut muro Elpen usque ad Ahran, quæ est sedes principatus Gielbah totum illud regnum in septem provincias distribuit. Ante Nuszrevanum, his provinciis dominabat *(sic)* quidam rex Itsindiar et principes illis populis ex eorundem familiis constituerat.

(Plura in autographo optimi principis non extabant.)

www.dacoromanica.ro

III.

Ex eiusdem Demetrii Cantimiri schedis Manuscriptis.

Regiones, quæ ab Baku circa littus Caspium usque ad Czircassos extenduntur.

1. Regio, sive provincia Baku versus Boream est contermina, Provincia Batran

2. Batran contermina est Muskiuræ

3. Muskiura Kuta disterminat

4. Kuta collemitanea Kiure

5. Kiure, Teter Seranum perta . . . . .

6. Provinçia Derbend

7. Derbendo superius est Caitak quæ Ismio est subiecta, sed praeest illis Utymgszbeg

8. Supra Caitak est Cumuk, quæ hodie est dominium Bimchali, sedes est Tarchu.

9. His superius est regio Cari Tamuk, quæ hodie Surchaio subest.

10 His superius ad occasum est (sunt) natio (nes) Avar, Akkesse Zudakkara.

11. Andere est caput et terminus supradictarum provinciarum Dagistani.

Regio Szirvan incipit a flumine Cur (qui Graecis fuit Araxis) et terminatur in regione Derbendi. Hinc incipit regio Dagistan et terminatur in principatu Czerkiessiorum, qui sunt omnium Scytharum nobilissimi.

12. Supra Andre sunt diversæ nationes, omnes liberæ suis tantum senioribus parentes, ut, Czikiej, Giumbet, Czeczen, Jaksai. Eiusdem nominis est flumen, cui hodie dominatur Sultan Mahmud, præterea Byczygysz, quæ contermina est Czerkiessis superius dictis.

A Baku versus orientem, secundum littus maris exstat provincia Navahy. Hanc præccedit Bilian, hanc ulterius Salian.

A flumine Curo, inter provincias, quæ ad mare pertingunt, et inter Giordianas provincias per totam Dagystan multæ et vix notæ incolis dissipan-

www.dacoromanica.ro

tur nationes, ut Zachur (quæ est Sultanatus) Rutub, Cura, Dvirar, Bekiu, Kynalyk, Achtymiskindre. Dokuspara, Beszpara, quæ ultima pertinet ad provinciam Bebran.

Flumina.

1. Cur.

2. A Curo est Gieldigilan distat a Bamahi intinere unius diei. Hoc flumen dividitur artificilialiter in plurimos rivulos, quibus agros et hortos suos rigant incolæ, itaque dissipatus numquom ad mare pervenit.

3. A Curo est fluvius Eldrigian, qui ex distantibus fontibus fluit, sed vi fluit in Gieldigilan, sub pago Arasz, qui est contermina Akraszy in regione Szamachi, in Arasz præest Sultanus regis.

4. Guik craj fl. distat a Szamahi 5 Agadris.

5. Girdiman fl. distat a Szamahi 4 Agadris.

6. Aksu fl. a Schamahi 3 Agradis.

7. Pirsahat fl. a Szamahi versus boream 1 Agadr.

8. Kozly craj a Szamahi 2 Agadris.

9. Sambur a Derbendo versus Szamahi 8 Agadris.

10. Gjurgeri fl. a Derbendo 6 Agadris.

11. Rubaz fl. a Derbendo 3 Agadris ubi ultimas habuimus stativas et hinc rediimus ad Sica.

A Derbendo superius.

12. Dervak fl. a Derbendo 3 Agadris, viorst. 15.

13. Bugam fl. a Dervak vior. 13, hæc (hic) rivi potius dicenda flumina, quia Dervak volvitur magis, quam fluit: et latitudine 4 orgias non excedit. Bugam prope litus, ubi nos transivimus, vadum non dat. Latas est 6 orgyis; utrique rivuli, ubi in mare se exonerant, ostio carent; quia mare per suos fluctus cum pluriman eiiciat arenam, veluti aggere fluxum eorum cohibet. Hi nihilo tamen minus aqua eorum ab arena insensibiliter imbibitur, ita, ut inter mare et fluvium Sicco pede transiri possit. Quando vero ventus flat orientalis, fluctuum spumæ et excessus maris, inde transitum reddit difficilem, prout et nobis in reditu contigit, quare coacti fuimus pontes struere, atque ita transire.

1. Maris Caspii situatio, natura et furor describendum.

2. Mons Bahdagy dictus, quia Nuszrevan filius Kieicubat perhibetur sibi in eius cacumine hypocaustum fecisse et non raro recreandi gratia ibi ascendisse. Distat ille a Derbend versus meridiem 93. viorstis. Accepta est eius altitudo per quadrassum et est observata 18 viorstarum. Habetur pro secundo in comparatione cum Ararat monte Armeniæ. Plus dimidia eius

www.dacoromanica.ro

pars perpetuis est tecta nivibus, quamvis et alii nonnulli in circuitu similiter nivibus algeant: hic tamen tertia forsitan parte aliis est altior.

3. Aeris temperies et ventorum vehementia notanda regionis fertilitas et caritas.

4. Situatio urbis Derbend notanda.

5. Ipsius urbis planum et miraculosa antiquorum eius marmorum longitudo, quam nos observavimus versus occidentem ad septem viorst, certo tamen constat, cum usque ad fontes fluminis Ihran (qui in limitibus sunt Georgiæ) protendi, minirum ad 450 viorst. opus totum ex quadrato et grandi lapide.

6. Populi Derbendiensis natura, civilitas, et aliæ eius circumstantiæ describendæ.

7. Structuræ Dzamiorum domorunque et plafearum aquæductuum, Hieruansarorum etc.

8. Signa antiqua Hieroglyphica et alia scripta Oguriana, quæ in muro urbis et monumentis sunt observata.

9. De Kyrchbar et filio regis Damasci.

Notanda circa urbem.

1. Portas habet: 1. Diarszi Capusi sub summa arce ad Septemtrionem, 2. *Kyrclar* Capusi ubi perhibent iacere 40 martyres Muhamendanos a Turcis et Hizriis occisos.

2. Lapides grandissimos habet sub turribus, quæ mare concludunt, opus vix humanum: neque possum credere, esse rupes naturales, quia tum ex parte apparent alii minores lapides adiuncti tum quia totum maris litus spatio circiter 100 orgiarum est arenosus.

3. Perhibetur, quod, cum fluctus assidua agitatione sabulum eiiciat, et retractis deinde undis ventus orientalis arefactam arenam facile extollit, qua diurno tempore paullatim accrescente, mœnia urbis adæquant, quod haud absque periculo est, ne hostis per eam urbis partem irruat. Qua de re et hoc tempore, cum timeret urbs rebelliones coacti fuere, ut magno cum labore arenam ab urbe repurgarent, quod et ipse vidi.

4. A porta Kyrclar versus summam arcem habet et fossam, sed locus ille, cum esset quasi una integra rupes et durissima, excavarunt rupem in latum 4 orgyas in profundum 3, in longum 40. Ibi enim culmen montis exsurgit acuminosum, super quod stat ipsa arx. Reliqua vero urbs ad mare usque fossa caret.

5. A suprema arce ad spatium 100 argyarum videtur monumentum cuius filii regis Damasci, Piridymyszky, ut villa quædam nomine illius regis et hodie ita apellatur. Extat et epitaphium eius in grandissimo lapide in-

www.dacoromanica.ro

scriptum. Sed cum essent litteræ Kiofi dictæ, neque ego illas legere, potui, neque ex indigenis, qui illas legere posset inveni.

6. Sed præterea et ab occidentali et a meridionali et septemtrionali urbis parte, monumenta *) numerum fere superantia, quæ perhibent esse notionis Ogurianæ, quæ olim Derbent obtinuere longo tempore. Lapides ita sunt grandes, quod in tali fragoso et difficili loco incredibile sit, quomodo ac qua methodo advecti fuerint, sunt autem huius figuræ





1. In limine portæ quæ vocatur Dzerdri Arabicis literis, quæ vocantur Neschy scribitur ita



Videtur tamen hæc porta multis sæculis post primam conditionem restau-

a) (a. m.) haec sepultura τῶν ... sunt.

www.dacoromanica.ro

rata et prorsus esse opus Muhammedanum et artificis nomen Iacub et anni Hegiræ notatio.

2. Ab hac porta in muro septemtrionali ad decimam et primam turrim, versus mare descendendo, visantur characteres qui neque Kiofi, neque Arabici sed potius antiquitatis quædam signa hieroglyphica indicantur esse: et quidem, qua series literarum. non ut Arabibus aut Europæis solitum est, ad dextram aut sinistram partem extenditur, sed ut Chinensium desuper ad imum demittitur. Ita



In eodem turris fundamento est basis structura ex diversis et nigrioribus lapidibus multo antiquius constructa, ita, ut absque dubio sit, quod fundamentum illius turris sit prima structura urbis, quod et incolæ affirmabant, et Alexandri M. structuræ esse vestigia. Alia quoque loca quæ in muro passim apparebant, idem declarabant. Extabant autem talis antiquæ structuræ, quinque lapidum series. Lapides quidem grandiores et quasi per gradus, pro Basis fulcimine superius recedentes.

3. In decima quarta turri eiusdem septemtrionalis muri clare videbantur Kiofi characteres, quæ hodie tam Arabibus, quam aliis Muhammedanis nationibus ignoti manent. Erant vero huiusmodi. (a)



(a). 6: 163



www.dacoromanica.ro

4. Inter 14 et 15 turrim in muro aperte videbantur duæ figuræ animalium Hieroglyphicæ formæ, sed ad modum ruditer insculptorum, et ut coniiciebam, illi lapides erant ex antiquis ruderibus, in recentiori structura adaptati. Erant autem figuræ versus occidentem respicientes ita.



5. Hæc figura extabat ad portam Cyrclar h. e. quadragintorum, ad Septemtrionem spectans.



6. In ornamento eiusdem portæ Kyrclar dictæ supra Capiselia (1), ubi prius videbantur, ab inferioris liminis basi fuisse columnas erectas in hunc modum.

(1) Alta mâna: *Capitelli?*

www.dacoromanica.ro



7. Inter quartam et quintam turrim a porta Kyrclar versus mare in quadam petra videbatur talis figura, sed admodum antiqua et vix patens: nihilo tamen hanc figuram repræsentabat.

8. Porta *Babulbab* dicta, quæ est tertia a porta Dviardri miraculosæ admodum est structuræ. Est enim latitudinis duarum orgyarum et altitu-

www.dacoromanica.ro

dinis unius orgyæ, ubi superius limen cum sit in recto angulo, absque ullo ferramento, grandissimi lapides stant in plano, nulla apparente arcus curvatura. *)

9. In subterranea parvula portula, quam incolæ vocant *Babul-Kyiamer* h. e. porta extremi iudicii (fabulantur enim illam portam fuisse æqualis cum aliis altitudinis, sed diuyno tempore aut terra obrutam, aut in terram immissam, et quando tota in terram, obmuri gravitatem demittetur, tum demum mundum exterminari et diem extremum adfuturum) revera hieroglyphicæ adparent sculpturæ, quæ tempore antiquo Græci ab Aegyptiis erant mutuati, ut in multis Romæ Constantinopi in aliisque obeliscis et columnis videre est. Erant vero illæ huius figuræ. **)



10. In quarta turri a mari versus occidentem in boreali muri parte altum ad duas orgias in restauratione videbatur fragmentum lapidis diversi ab aliis coloris in quo videbatur in duabus seriebus litteræ maiusculæ quasi Græcæ, longæ circiter palmum. Sed quia fragmen erat inverse positum litteræ ab inferiori parte ad superiorem ducebantur ita.

*) Bayer, De muro Caucas. s. 428.

**) Censeo Tamgas Tataricas esse.

www.dacoromanica.ro

11. Inter 6 et 7$^{\text{mum}}$ a prima turri supremæ arcis in muro meridionali videbantur talia hieroglyphica.



12. In altero lapide litteris notabatur annus a Muhammede 110 quod est 115, at curreus annus Hegyræ est 1135, ex quibus detractis superioribus restant 1020 anni lunares a quo inscriptus est hic annus. *)

*) Facta Chr. 733.

www.dacoromanica.ro

13. Inter septimam et octavam turrim a suprema arcis turri apparebant hæc figuræ, quamvis primi animalis pedes posteriores non apparebant, cum inciderent in inferiore lapidum serie.



14. In inferiori vero lapide exprimebantur figuræ talium animalium cum tali illegibili subscriptione.



15. Super has figuras tribus lapidum seriebus superius clare legebantur hæ litteræ, quæ ut videntur sunt Græcæ.

16. In arce, quæ est supra montem, urbis arcem defensura prima ab urbe est, in pariete ad orientem spectante in uno lapide, tria hieroglyphica videbantur signa.



www.dacoromanica.ro

A summa arce, versus mare descedendo, urbis Derbenti portæ sunt:

1. Narancaala Capusi ad occidentem spectans
2. Baid Capusi *)
3. Orta Capusi
4. Eugi — — —
5. Absque nomine in parte urbis deserta
6. Feria Capusi **)

Ad septemtrionem versus mare.

1. Driardizi Capusi ***)
2. Kyrclar Capusi ****)
3. Batultob Capusi
4. Absque nomine in deserto
5. Feria Capusi.

Imaret ad mare opus Ali Kuluk

Post conditam a Cubato urbem, anno Christi centessimo decimo restauratam narrant in urbis muro in lapide quodam legi a centesimum decimum quintum Arabicis cifris in 110 *****). Iterum restaurata fuit anno Hegiræ septingentesimo septuagesimo, qui annus est scriptus supra portam portæ Kyrclar.

---

*) جنج الكتوبه و بيا دق بو

**) نارين قلعه قاپو

***) جاروخ

****) پاپ الها د ز دخل قاپو

*****) A. 770.

www.dacoromanica.ro

Turris in qua conditus est hic lapis a mari septima est.



Lapis in muro urbis Derbendi ad plagam meridiem spectans, in quadam turri, quadrata, altus ad 4 ulnas a fundamento. Longus duorum cubitorum, latus unius absque $^1/_8$ a mari hæc turris numeratur septima.

Hæc apparentia urbis antiquæ fundamenta visebam in loco in colis Bitly Baluk dicto. A boreali parte inter rupes montium salebrosorum, fragosorum in profunda valle interfluebat rivulus, qui non longe superius ruderibus ex perenni fonte effluit. Pars muri occidentalis desinebat in rupibus illius rivuli, ubi et turricula adhuc exstabat integra ex quadrato lapide constructa, ut videre est in figura delineata. Ab illa turricula versus meridiem videbantur fundamenta in recta linea longitudinis 200 orgyarum et desinebat in præruptos et excelsos montes, qui a plaga orientali, in montium cacumine rupes ita præcise et ad perpendiculum erant præruptæ, ut arte factus esse viderentur, quamvis non manus sed naturæ opus esset. In ipso angulo recto videbantur fundamenta itidem rotundæ turris: a qua deinde murus vertebatur versus orientem secundum montium culmen. Longitudinis ad 200 orgyas et ibi mons prærupebatur in ipso montis culmine, ubi ruptura montium et transitum dabat. Similiter fundamenta rotundæ turris bene videbantur. Is altera quoque montium regione, ubi per montium fauces iter transibat similiter alterius rotundæ turris fundamenta videbantur, unde coniicio, quod ibi fuerit clausura aut porta, ab illa turri collis adscendebat in altum montem et per declivum eius fundamenta urbis apparebant usque ad montis cacumen in montis cacumine erat locus planus et amplissimus in circuitu circiter trium verstarum, ubi videbantur fundamenta diversa, sed omnia quadrata, quæ ut existimo fuerant habitacula civium. Nam non longe hinc in eodem plano cacuminis, quam plurima extabant monumenta, in quibus tamen nulla videbatur inscriptio. Ubi vero mons desi-

www.dacoromanica.ro

nebat præceps descendebat in declivius. A cuius radice incipiebant alii minores colles, qui ad Orientem, versus mare extendebantur. Super quorum cacumina ab altioris montis radice usque ad mare similiter fundamenta hiuc inde in recta linea videbantur. Cuniicio hanc fuisse Ogurorum (*) pontentissimæ antiquis temporibus interque Snpthas famosissimæ nationis urbem, quæ in Turcicis annalibus vocatur *Nehre*, quæ fuit patria Soleiman Szahi, proavi Sultan Othomani primi Turcarum imperatoris. Ipse enim fuit princeps Ogurianæ gentis et ad Caspium mare in urbes Nehre habitaverat, unde facta irruptione per Demur Capusi transivit cum suis 5000 in Mediam aut Aderbedriam. Opus hoc Turcicæ fuisse gentis, evincit turricula adhuc extans in qua Turcica lingua et Turcicis characteribus duobus in capitibus inscribitur, in uno quidem ita,

قبر قهرمان محمد

h. e. monumentum heroïs Muhammedi, in altera vero literæ legi non potuerunt, quia cum esset in parte boreali, temporis carie et pluviis totæ fere deletæ erant.

Sub oppido Tarku apparebant et alterius urbis fundamenta a montium radicibus usque ad mare extensa. Ubi ex mandato suæ Majestatis aliquot lapides evertimus et invenimus cementum in lapidem fere conversum. Opus videbatur quadratum amplitudo urbis, ad orgyas 250, longitudo plusquam 500 orgyarum, ubi tamen nihil notatu dignum potuimus observare, quod tamen urbis fundamenta essent Iorn, quoque *mgry* judicavit.

Figura turris extantis ex quadrato lapide fabrefacta, paries ex unico lapide extans. Altitudo 3-d^{a} orgyarum, latitud. $1\,^{1}/_{3}$.

Apparebant litteræ Arabicæ, sed lectu impossibiles, excepto, quod in uno lapide a dextra ianuæ parte in secunda lapidum serie legebantur.

قبر قهرمان محمد

(*) اوغوز

www.dacoromanica.ro

Kabri Cahraman Muhammed h, e. Monumentum heroïs Muhammedi.



Huius formæ duo sunt insignia Imamorum

www.dacoromanica.ro

Hæc item insignia Imamorum.



www.dacoromanica.ro

(4 et 5). Duo sunt talia signa, unum ferreum aliud æneum: in utriusque medio inscripta videntur nomina Dei Muhammedi et Ali: in superiore parte tres radios habet, æneum vero est deauratum. Portatur ab Immamo.



1. Album cum Alemo deaurato, quod datur a Schacho Despotæ Derbenti; habet figuram triangularem; nullam habet inscriptionem.

2. Argenteum triangulare cum sphæra deaurata in marginibus cui inscriptæ videntur preces quædam ex Corano, at in medio eiusdem ex una parte leo, inscriptus est, cuius tergo adhæret semiluna alba cum radiis circumcirca leonis adsunt nomina dei Muhammedi et Ali: ex altera parte in medio videtur bini mucronis talis:



www.dacoromanica.ro

3. Album tridens cum hasta ferrea, in medio eius leo cum luna dentibus inscripta sunt nomina Dei, Machumedi et Ali.

Signum hoc ferreum est, longitudo eius 4 Archin. fabricatum est Ao. H, 1116 (A. Christo nato 1704) fecit id Ragim Schamachensis eius dominus vocabatur Sefer: Portat hoc insignium unusquisque; tale signum portabant veteres eorum Imami, eorumque exemplo, portant et nunc in gloriam nominis illorum Imamorum.



www.dacoromanica.ro

Descriptio templi Muhammedani in Derbend,

quod quando fundatum et a quo nulla notitia neque signum, restauratum tamen a Rege Persiæ . . . . . A. H. 770. Cuius architectus fuit Tadziaddin, ut supra templi fores cuius nomen Arabicis litteris in nitido lapide iusculptum clare legitur

حمل استاد تاج الدین

e nomine notum est, cum fuisse hominem Persicæ nationis, nominis cui etymon significat Corona legis.

2. Totum opus a fundamento usque ad fenestras est antiquissimum ex grandi et quadrato lapide affabre factum a fenestris vero usque ad summum est ex latere cocto a restauratore ædificatum.

3. Templi longitudo est 92 cubitorum, latitudo 24, quod fulcitur supra quatuor series columnarum.

4. In qualibet serie sunt columnæ 20 summa ommium 60, verumtamen columnæ, quæ sunt ad parietem excurrunt ex pariete saltem dimidia parte.

5. Ab ianua templi in latus ad primam columnarum seriem, spatium est sex cubitorum, quadr. 1 dig. 3, in latum 5, c. 1 dig. 3. At his ad tertiam seriem spatium 9 cubit: absque 5 digitis. A tertia serie usque ad quartam similiter ut in priori.

6. Spatium inter columnas in longum 3 cubit. 2 quad, absque 2 digit.

7. Columnæ omnes sunt quadratæ, cuius latus 1 cub. quad. 2 dig. 4.

8. Columnæ omnes sunt quadratæ, cuius latus 1 cub. quad. 2 dig. 4.

9. Ianua exterioris ingressus lata 2 cub. quad. 3 alta 4, cub. quadr. 1, dig. 7.

www.dacoromanica.ro

10. Fenestras habet 16, octo ac una parte ianuæ et octo ab altera.

11. Spatium inter columnas, quæ sunt ante portam ingressus, est in latum 9, absque 5 digitis in longum 5, quad. 1 dig. 3.

12. Ex templo excurrit altare quadratum, cuius quod libet latus est 13 cubitorum et ex orientali ac occidentali pariete sunt duæ excursiones. Cuiuslibet excursiones longitudo 2 cub. quad. 3 dig. 3, latitudo 4, quad. 3.

13. In medio altaris in pariete meridionali est concavitas quam illi vocant Mihrast, signum quod in illam partem debent adspicere cum orant.

14. Cum mediæ columnæ habeant inter se maius spatium testudines quoque, quæ fulciuntur super illis columnas sunt altiores, reliquæ reliquarum columnarum depressiores, uno cubito, ut in figura.

15. Turris, quæ supra exteriorem, est parta. Alta cub. 22, lata cub. 7, quad. 1, in cuius basi sunt ab utraque parte pedestali latitud. 1 cub. quad. 2 longit. cub. 3.

16. Craticula in fenestris sunt ex latere in modum sevum memi, fanq



www.dacoromanica.ro

Figura columnarum ut super basin constant et altitudo et latitudo testudinum





www.dacoromanica.ro

Hic loci quinque incolæ Vezi de nomine inibi in mare confluentis rivuli dicebant, secundum delineationem apparebant ubique in circuitu rudera, et ipsa dispositio fundamentorum ex capite austero et forti: lateritium nullibi apparebat opus. Calx vero ita coaluerat lapidibus, ut instrumentis ferreis vix divelli posset et tota quasi in lapidem conversum. Prærupti erant colles undique præcipitosi et inaccessibiles quidem nunc, quia imbris *(sic)* et diurno tempore quasi corrosi et diruti et cum iumenta paganorum in circuitu assidue descenderent ad confluentem, semitas in circuit collis effecerant: alioquin antiquitus videtur fuisse inaccessibiles *(sic)*. Inter duos colles præterfluebat rivulus Vezi dictus et sub ipsis urbis fundamentis ponte iunctus. Pons vero erat novæ et recentissimæ structuræ. Altitudo collis extollebatur ad 40 circiter orgyas, sed parte, qua ad mare spectabat, protendebatur in declive. In montis cacumine videtur fuisse arx, ut est delineatum. Sex in locis apparebat muri structura. Fundamenti latitudinem ipsa sua Majestas dimensa est, ad 4 orgyas. Muri exterioris radices montis ambientis, amplitudo erat circiter 400 orgyas. Arcis vero circiter 25. Murus totus irregularis erat, quia reductus erat secundum collis obliquitatem. Pars urbis, quæ spectabat ad orientem, distabat a mari orgyis 30. Sed ea pars collis videtur fuisse corrosa fluctibus maris, urbem vero ad mare usque extensam. Licet nunc in arena nulla apparerent vestigia, nisi superius in collis ruina in serie muri inferioris ab una et altera parte duobus in locis adhuc videbantur. A parte meridionali trans rivulum erant quidem rupes naturales, sed multis in locis lapidum et ruderum vestigia indicabant super illas quoque fuisse muros et cum maiori urbe prope pontem coniunctos, ita, ut rivulus per mediam urbem transfluxerit. Rivulus dum descendebat infra urbem faciebat laculum, latitudinis 5 orgyarum et hinc veluti in circuitu collis nonnihil profluens in arenis fluere, retinetur; quia arenæ a fluctibus maris in colliculos quasi allenatæ fluentem rivulum in se absorbebant.

www.dacoromanica.ro





www.dacoromanica.ro

www.dacoromanica.ro

Insignia Iarbassiorum:



يا الله يا محمد يا علي
نصر بيزالم وفتح قريب

www.dacoromanica.ro